νοεῖν τοῦ δικαίου, μὴ καὶ αὐτοί ποτε σφαλέντες ὑπ' ἄλλων ἐν ἐξουσίᾳ γένωνται καὶ τὰ αὐτὰ πάσχωσιν ὑπὸ τῶν ἰσχυροτέρων, ἀποκρινόμενον ποιεῖ τὸν Ἀθηναῖον etc. Scholiastes: *ἐπειδὴ ὑμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, τοῦ συμφέροντος μᾶλλον ἀξιοῦτε στοχάζεσθαι, νομίζομεν ἡμῖν προςήκειν μὴ καταλύειν τὸ κοινὸν ἀγαθόν, τουτέστι τὸ πράως τοῖς ἀσθενεστέροις χρῆσθαι. δεῖ γὰρ τοῖς κινδυνεύουσι τὰ προςήκοντα καὶ τὰ δίκαια νέμεσθαι, καὶ μᾶλλον τῆς φιλανθρωπίας ἤπερ τοῦ πρὸς ἀκρίβειαν δικαίου τυγχάνειν τοὺς ἥττονας. ὃ δὴ καὶ ὑπὲρ ὑμῶν ἐστίν, ὦ Ἀθηναῖοι. εἰ γὰρ δὴ μὴ πράως χρήσεσθε ἡμῖν, αὐτοὶ σφαλέντες ποτὲ παράδειγμα πάντως τοῖς ἄλλοις γενήσεσθε. μεγάλως γὰρ ὑμᾶς οἱ νικήσαντες τιμωρήσονται καὶ αὐτοί, τοὺς περὶ ἡμᾶς χαλεποὺς γενομένους.* Quae iam paulo accuratius libet pertractare. Scriptura Codicis Augustani et Cassellani *μὴ καταλύειν ὑμᾶς* recte a Dukero et Bekkero praelata est. Et sic etiam Schol. Cassell. *νομίζομεν ὑμῖν προςήκειν*, non *ἡμῖν*. In verbis *εἶναι τὰ εἰκότα* minus recte Dukerus existimat, *εἶναι* esse *obtingere, obvenire*. Nam *ὁ ἀεὶ ἐν κινδύνῳ γιγνόμενος* non est: *qui in periculo versatur*, quod de se Melios praedicare, scholiastes iudicat, sed omnes mortales scriptor dicit semper periclitari, ne res eorum pro rerum terrestrium mobilitate subitas vicissitudines subeant. Hoc ergo haec verba sibi volunt: *mortalibus, qui semper in periculo subitae rerum suarum vicissitudinis versantur, utile esse aequa pro iustis esse* sive *haberi*, i. e. eos ius in aequitate ponere. At sequentia ita converto: *et arbitramur expedire, si quis vel citra quam ius fasque est aliquid perpeti alteri persuadeat*, i. e. *wir glauben, es könne dem wohl zu Statten kommen, der einen andern selbst weniger, als er genau genommen verlangen könnte, sich gefallen zu lassen geneigt macht.* Quod *πείσοντα* dicit, non vi sed clementia et iusti persuasione a potentioribus agendum esse, si sibi in posterum et ipsi cavere velint, significat. Ita interpretatus sum, secutus scripturam codicum A. B. F. H. I. K. L. M. N. O. P. S. c. d. e. g. h. i. k., qui habent *ἐντός* pro vulgata *ἐκτός*, quemadmodum Valla et omnes ante H. Stephanum editi, qui primus intulit *ἐκτός*. Deinceps sequentia ita explica: *καὶ πρὸς ὑμῶν οὐχ ἧσσον τοῦτο, ὅσῳ καὶ ἐπὶ μεγίστῃ τιμωρίᾳ τοῖς ἄλλοις* (i. e. *zur grössten Genugthuung für andre*) *παράδειγμα ἂν γένοισθε, εἰ σφαλείητε*, i. e. *si quando vinceremini*, quae est perpetua apud hunc scriptorem verbi significatio. *Ἐντὸς τοῦ ἀκριβοῦς* bene convertunt *citra ius summum et strictum*. Atheniensium orationem barbaris regibus convenire fortassis ait Dionys., sed ipse Romanos suos Volscis agros et oppida sibi erepta repetentibus respondentes facit A. R. VIII, 10. p. 1524. *κρατίστας ἡγούμεθα κτήσεις, ἃς ἂν πολέμῳ κρατήσαντες λάβωμεν, οὔτε πρῶτοι καταστησάμενοι νόμον τόνδε, οὔτ' αὐτὸν ἀνθρώπων ἡγούμενοι μᾶλλον εἶναι ἢ οὐχὶ θεῶν· ἅπαντας δὲ καὶ Ἕλληνας καὶ βαρβάρους εἰδότες αὐτῷ χρωμένους οὐκ ἂν ἐνδοίημεν ὑμῖν μαλακὸν οὐδέν.*

91. *ἡμεῖς δὲ – κινδυνεύεσθαι*] Dionys. p. 912. Sensum bene

ρεσμεν τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ νῦν τοὺς λόγους ἐροῦμεν τῆς ὑμετέρας πόλεως, ταῦτα δηλώσομεν, βουλόμενοι ἀπόνως μὲν ὑμῶν ἄρξαι, χρησίμως δ' ὑμᾶς ἀμφοτέροις σωθῆναι.

92 *ΜΗΛ.* Καὶ πῶς χρήσιμον ἂν ξυμβαίη ἡμῖν δουλεῦσαι, ὥςπερ καὶ ὑμῖν ἄρξαι;

93 *ΑΘ.* Ὅτι ὑμῖν μὲν πρὸ τοῦ τὰ δεινότατα παθεῖν ὑπακοῦσαι ἂν γένοιτο, ἡμεῖς δὲ μὴ διαφθείραντες ὑμᾶς κερδαίνοιμεν ἄν.

94 *ΜΗΛ.* Ὥςτε δὲ ἡσυχίαν ἄγοντας ἡμᾶς φίλους μὲν εἶναι ἀντὶ πολεμίων, ξυμμάχους δὲ μεδετέρων, οὐκ ἂν δέξοισθε;

95 *ΑΘ.* Οὐ γὰρ τοσοῦτον ἡμᾶς βλάπτει ἡ ἔχθρα ὑμῶν ὅσον ἡ φιλία μὲν ἀσθενείας τὸ δὲ μῖσος δυνάμεως παράδειγμα τοῖς ἀρχομένοις δηλούμενον.

96 *ΜΗΛ.* Σκοποῦσι δ' ὑμῶν οὕτως οἱ ὑπήκοοι τὸ εἰκός, ὥςτε τούς τε μὴ προςήκοντας, καὶ ὅσοι ἄποικοι ὄντες οἱ πολλοὶ καὶ ἀποστάντες τινὲς κεχείρωνται, ἐς τὸ αὐτὸ τιθέασιν;

97 *ΑΘ.* Δικαιώματι γὰρ οὐδετέρους ἐλλείπειν ἡγοῦνται, κα-

---

aperuit Scholiastes: *ἂν καὶ καταλυθῇ ἡμῶν τὰ τῆς ἡγεμονίας, οὐκ ἀθυμοῦμεν περὶ τῆς καταστροφῆς· Λακεδαιμόνιοι γὰρ, καὶ πάντες οἱ ἄρχειν εἰωθότες ἑτέρων οὐ χαλεπῶς τοῖς νικηθεῖσι προςφέρονται.* (Dionysius: *τοῦτο δὲ ὅμοιόν ἐστι τὸ λέγειν, ὅτι παρὰ τοῖς τυράννοις οὐ μισοῦνται τύραννοι.*) *ὥςτε οὐ Λακεδαιμονίους δέδιμεν, ἀλλὰ τοὺς ὑπηκόους· οὗτοι γὰρ ἅτε οὐκ εἰωθότες ἑτέρων ἄρχειν, ἐπειδὰν κρατήσωσι τῶν ἀρχόντων, ὠμότατα αὐτοῖς χρῶνται. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου ἐν ἀδήλῳ κείσθω ὅπως ποτὲ ἕξει.* — De forma verbi *παυθῇ* v. Buttmann. Gr. max. II, 1. p. 206. not. De repetitione subiecti, quae est in *οὗτοι*, Kruegerus: „Demosth. pr. Coron. p. 319, 15. *ὁ οὕτως ἔχων τὴν ψυχήν, οὗτος ἐπ' εὐνοίᾳ πάντ' ἐρεῖ·* Xenoph. Cyrop. IV, 2, 39. *εἰ τῶν νῦν διωκόντων καὶ κατακαινόντων τοὺς ἡμετέρους πολεμίους — τούτων — δόξομεν ἀμελεῖν — ὅπως μὴ αἰσχροὶ — φανούμεθα.* Confer Morum ad Isocr. Panegyr. c. 2. E."

95. *οὐ γὰρ — δηλούμενον*] Dionys. p. 912., qui habet etiam caput proxime praecedens, et ista ita exponit: *ὅτι φιλοῦντες μὲν ἡμᾶς ἀσθενεῖς φαίνεσθαι πρὸς τοὺς ἄλλους ποιήσετε, μισοῦντας δὲ ἰσχυροίς. οὐ γὰρ ζητοῦμεν εὐνοίᾳ τῶν ὑπηκόων ἄρχειν, ἀλλὰ φόβῳ.* Structura haec est: *ὅσον ἡ φιλία βλάπτει, ἡ μὲν ἡμῶν ἀσθενείας παράδειγμα, τὸ δὲ μῖσος δυνάμεώς ἐστι, δηλούμενον τοῖς ἀρχομένοις.* Quare probanda est Kruegeri coniectura *ὅσον ἡ φιλία, ἡ μὲν* etc. Possis etiam sic: *ὅσον ἡ φιλία, ἡ φιλία μὲν — δηλούμενον*, et nominativos istos pro absolutis accipere, quales sunt *δόξαν, λεγόμενον* etc., *da euere Freundschaft den Unterthanen als ein Beispiel unserer Schwäche, euer Hass ihnen als ein Beispiel unserer Gewalt erscheint.* Facilius tamen est corrigere *ἡ μὲν*, quam repetere *ἡ φιλία.*

96. Verba *οἱ πολλοί* et *τινές* redde per *grossentheils* et *mehrentheils.*

97. *δικαιώματι — παράσχοιτε*] Scholiastes: *οἱ ὑπήκοοι ἡμῶν δικαιολογίας μὲν οὔτε τοὺς ἡμετέρους ἀποίκους ἀποστάντας οὔτε τοὺς μὴ*

τὰ δύναμιν δὲ τοὺς μὲν περιγίγνεσθαι, ἡμᾶς δὲ φόβῳ οὐκ ἐπιέναι· ὥςτε ἔξω καὶ τοῦ πλεόνων ἄρξαι καὶ τὸ ἀσφαλὲς ἡμῖν διὰ τὸ καταστραφῆναι ἂν παράσχοιτε, ἄλλως τε καὶ νησιῶται ναυκρατόρων, καὶ ἀσθενέστεροι ἑτέρων ὄντες, εἰ μὴ περιγένοισθε.

ΜΗΛ. Ἐν δ' ἐκείνῳ οὐ νομίζετε ἀσφάλειαν; δεῖ γὰρ αὖ καὶ ἐνταῦθα, ὥςπερ ὑμεῖς τῶν δικαίων λόγων ἡμᾶς ἐκβιβάσαντες τῷ ὑμετέρῳ ξυμφόρῳ ὑπακούειν πείθετε, καὶ ἡμᾶς τὸ ἡμῖν χρήσιμον διδάσκοντες, εἰ τυγχάνει καὶ ὑμῖν τὸ αὐτὸ ξυμβαῖνον, πειρᾶσθαι πείθειν. ὅσοι γὰρ νῦν μηδετέροις ξυμμαχοῦσι, πῶς οὐ πολεμώσεσθε αὐτούς, ὅταν ἐς τάδε βλέψαντες ἡγήσωνταί ποτε ὑμᾶς καὶ ἐπὶ σφᾶς ἥξειν; κἀν τούτῳ τί ἄλλο ἢ τοὺς μὲν ὑπάρχοντας πολεμίους μεγαλύνετε, τοὺς δὲ μηδὲ μελλήσοντας γενέσθαι ἄκοντας ἐπάγεσθε; 98

ΑΘ. Οὐ γὰρ νομίζομεν ἡμῖν τούτους δεινοτέρους, ὅσοι ἠπειρῶταί που ὄντες τῷ ἐλευθέρῳ πολλὴν τὴν διαμέλλησιν τῆς πρὸς ἡμᾶς φυλακῆς ποιήσονται, ἀλλὰ τοὺς νησιώτας τέ που ἀνάρκτους ὥςπερ ὑμᾶς καὶ τοὺς ἤδη τῆς ἀρχῆς τῷ ἀναγκαίῳ παροξυνομένους. οὗτοι γὰρ πλεῖστ' ἂν τῷ ἀλογίστῳ ἐπιτρέψαντες σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ ἡμᾶς ἐς πρoῦπτον κίνδυνον καταστήσειαν. 99

ΜΗΛ. Ἦπου ἄρα, εἰ τοσαύτην γε ὑμεῖς τε μὴ παυθῆναι ἀρχῆς καὶ οἱ δουλεύοντες ἤδη ἀπαλλαγῆναι τὴν παρακινδύ- 100

προςήκοντας ἀπορεῖν ἡγοῦνται· τοὺς δὲ μὴ καταστραφέντας ὑπὸ ἡμῶν οὐχὶ διὰ τὸ δίκαιον, ἀλλὰ δι' ἰσχὺν μένειν ἐλευθέρους, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς μὴ ἐπιέναι οὐ διὰ δικαιοσύνην, ἀλλὰ φοβουμένοις· ὥςτε εἰ καταστραφείητε οὐ μόνον ἡμῖν περιέσται τὸ πλειόνων ἄρχειν, ἀλλὰ καὶ ἀσφάλεια προςέσται, ὡς ἂν μὴ καταφρονουμένοις ὑπὸ τῶν συμμάχων. Recte; *περιγίγνεσθαι* est: *frey bleiben*, quo sensu iam supra alicubi aderat.

ἄλλως τε — περιγένοισθε] Ordo verborum hic est: *ἄλλως τε καὶ εἰ μὴ περιγένοισθε ναυκρατόρων, νησιῶται καὶ ἀσθενέστεροι ἑτέρων ὄντες*, i. e. *maxime cum vos insulam colentes infirmioresque aliis, nobis maris dominis superiores non fueritis.*

98. *ἐν δ' ἐκείνῳ*] sc. *ἐν τῷ μὴ πειρᾶσθαι τοὺς μὴ προςήκοντας καταστρέφεσθαι.*

99. *οἱ γὰρ — παροξυνομένους*] Scholiastes: *οὐ γὰρ νομίζομεν τοὺς ἐλευθέρους τῶν ἠπειρωτῶν ἡμῖν ἔσεσθαι πολεμίους. μὴ δεδιότες γὰρ ἡμᾶς, ὡς ἂν κατὰ γῆν οὐ μέλλοντας αὐτοῖς ἐπιστρατεύειν, πολλὴν μέλλησιν τοῦ φυλάττεσθαί τε ἡμᾶς καὶ πολεμεῖν ποιήσονται. τοὺς δὲ ἐν ταῖς νήσοις ἐλευθέρους, ὥςπερ ὑμᾶς, καὶ τοὺς ὑπακούοντας μὲν ἤδη, διὰ δὲ τὸ ἐξ ἀνάγκης καὶ μὴ ἑκοντὶ ὑπακούειν παροξυνομένους καὶ ταραττομένους, τούτους ἡγούμεθα, εἰ περιΐδοιμεν ὑμᾶς ἐλευθέρους, ἐπαρθέντας ἀλογίστως καὶ ἀντιστάντας ἡμῖν, αὐτούς τε καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς εἰς κίνδυνον καταστήσειν.* In his *τῷ ἐλευθέρῳ* dativus est commodi, iungendus cum *φυλακῆς*; et recte Scholiastes. *ἐπὶ τῇ ἐλευθερίᾳ αὐτῶν.*

100. *ἦπου ἄρα*] *ἦ τἄρα* scribit Elmsleius ad Eurip. Heracl. 651. Quod nusquam me legere memini apud hunc scriptorem,

νεύσιν ποιοῦνται, ἡμῖν γε τοῖς ἔτι ἐλευθέροις πολλὴ κακότη
καὶ δειλία μὴ πᾶν πρὸ τοῦ δουλεῦσαι ἐπεξελθεῖν.

101 *ΑΘ.* Οὐκ ἤν γε σωφρόνως βουλεύησθε· οὐ γὰρ περὶ ἀν-
δραγαθίας ὁ ἀγὼν ἀπὸ τοῦ ἴσου ὑμῖν μὴ αἰσχύνην ὀφλ
περὶ δὲ σωτηρίας μᾶλλον ἡ βουλὴ πρὸς τοὺς κρείσσονας
λῷ μὴ ἀνθίστασθαι.

102 *ΜΗΛ.* Ἀλλ᾽ ἐπιστάμεθα τὰ τῶν πολέμων ἔστιν ὅτε
νοτέρας τὰς τύχας λαμβάνοντα ἢ κατὰ τὸ διαφέρον ἑκατέ
πλῆθος. καὶ ὑμῖν τὸ μὲν εἶξαι εὐθὺς ἀνέλπιστον, μετὰ
τοῦ δρωμένου ἔτι καὶ στῆναι ἐλπὶς ὀρθῶς.

103 *ΑΘ.* Ἐλπὶς δὲ κινδύνῳ παραμύθιον οὖσα τοὺς μὲν ἀπ
περιουσίας χρωμένους αὐτῇ, κἂν βλάψῃ, οὐ καθεῖλε· τοῖς δ
ἐς ἅπαν τὸ ὑπάρχον ἀναῤῥιπτοῦσι, δάπανος γὰρ φύσει,

---

ideoque alienum ab hoc loco puto, cum praesertim nulla pro
mutandi necessitas sit.

102. *ἀλλ᾽ ἐπιστάμεθα — πλῆθος*] Stobaeus p. 364., ubi et *καινοτέρας*. Vulgo legitur: *τὰ τῶν πολεμίων*, quod emendavit Bekkerus ex Q. Postrema ita affert Thom. M. p. 167. *ἔτι καὶ στῆναι ἐλπὶς ὀρθῶς*. Totum locum ita per periphrasin reddit Dionys. p. 913. *ὅτι κοινὰς τὰς τύχας φέρουσιν οἱ πολέμιοι καὶ τὸ μὲν εἶξαι εὐθὺς ἀνέλπιστον, μετὰ δὲ τοῦ δρωμένου ἔτι καὶ στῆναι ἐλπὶς ὀρθῶς.* Unde patet, et ipsum legisse *πολεμίων*, quemadmodum Valla legit al-rum et fortassis etiam Scholiastes. *Κοιναὶ τύχαι* solent tribui bel Vide ad III, 30., ubi Schol. explicat *τὸ καινὸν* per *τὸ παρ᾽ ἐλπ καὶ παρὰ δόξαν*. Idem est sensus vocum: *κοιναὶ τύχαι*, nam pro-prie sunt *casus, qui utrisque possunt accidere*, adeoque *incerti, ancipites, inexspectati*, si accidunt potentioribus quae accide posse non putares. Vide locos allatos a Kruegero ad Dionys. p. 178. Sensus igitur est: *incertiores, magisque ancipites saepe es casus bellorum, quam pro multitudinis utrimque ratione.* Alteram scripturam *καινοτέρας*, quae est etiam in P. Q. melius sententia convenire putavit Dukerus. Gessnerus apud Stobaeum ita lati expressit: *in bellis interdum eventus inopinatos accidere, et long alios quam pro multitudinis utrimque ratione.*

103. *ἐλπὶς — λυμαίνεται*] Scholiastes: *τοὺς ἐν κινδύνῳ καθεστῶτας αὐτὸ μόνον παρηγοροῦσιν· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐν δυνάμει τυγχάνοντας κἂν σφαλῇ ποτὲ ἡ ἐλπὶς, οὐ κατέλυσε παντελῶς, διὰ τὸ ὑπολείπεσθαι δύναμιν αὐτοῖς· οἱ δὲ περὶ πάντων ὧν ἔχουσιν ἀγωνιζόμενοι ἐπ᾽ ἀδή ἐλπίδι, ἐπειδὰν ἡ ἐλπὶς σφαλῇ, ἅμα τε ἔγνωσαν ὅτι ἐσφάλησαν, καὶ οὐ-δὲν αὐτοῖς ὑπολείπεται, ἐν ᾧ γνωρίσαντες τὸ ἀβέβαιον τῆς ἐλπίδος ἐκ φυλάξονται.* Et *δάπανος — ἡ ἐλπίς — δύναται τοιοῦτόν τι, ὅτι ἐλπίζοντές τινος τεύξεσθαι πολλὰ προςδαπανῶσι καὶ προςαναλίσκουσι. τὸ δὲ ἐπὶ ῥοπῆς, καθὰ καὶ τὸ προτεθὲν Ὁμηρικὸν δηλονότι· ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς* Il. X, 173. *τουτέστι μιᾷ μάχῃ μόγις ἐξαρκεῖν δυνάμενα.* Adscripsit Dionysius p. 913.

παραμύθιον] Proclus in Hesiodum p. 35. *παραμυθίαν* legit et *κινδύνου*.

ἀναῤῥιπτοῦσι] Dionysius *ἀναῤῥίπτουσι*. V. Herm. ad Sophocl. Aiac. 235. „Subaudi *ἐλπίδα*. Simile ductum ab illo genere ludi puerilis, quo pueri silicem testamve sursum iaciunt, quo videant,

τὲ γιγνώσκεται σφαλέντων, καὶ ἐν ὅτῳ ἔτι φυλάξεταί τις αὐτὴν γνωρισθεῖσαν, οὐκ ἐλλείπει. ὃ ὑμεῖς ἀσθενεῖς τε καὶ ἐπὶ ῥοπῆς μιᾶς ὄντες μὴ βούλεσθε παθεῖν, μηδὲ ὁμοιωθῆναι τοῖς πολλοῖς, οἷς παρὸν ἀνθρωπείως ἔτι σώζεσθαι, ἐπειδὰν πιεζομένους αὐτοὺς ἐπιλείπωσιν αἱ φανεραὶ ἐλπίδες, ἐπὶ τὰς ἀφανεῖς καθίστανται, μαντικήν τε καὶ χρησμοὺς καὶ ὅσα τοιαῦτα μετ' ἐλπίδων λυμαίνεται.

ΜΗΛ. Χαλεπὸν μὲν καὶ ἡμεῖς εὖ ἴστε νομίζομεν πρὸς δύναμίν τε τὴν ὑμετέραν καὶ τὴν τύχην, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ἴσου ἔσται, ἀγωνίζεσθαι· ὅμως δὲ πιστεύομεν τῇ μὲν τύχῃ ἐκ τοῦ θείου μὴ ἐλασσώσεσθαι, ὅτι ὅσιοι πρὸς οὐ δικαίους ἱστάμεθα, τῆς δὲ δυνάμεως τῷ ἐλλείποντι τὴν Λακεδαιμονίων ἡμῖν ξυμμαχίαν προςέσεσθαι, ἀνάγκην ἔχουσαν καὶ εἰ μή του ἄλλου τῆς γε ξυγγενείας ἕνεκα καὶ αἰσχύνῃ βοηθεῖν. καὶ οὐ παντάπασιν οὕτως ἀλόγως θρασυνόμεθα. 104

ΑΘ. Τῆς μὲν τοίνυν πρὸς τὸ θεῖον εὐμενείας οὐδ' ἡμεῖς οἰόμεθα λελείψεσθαι. οὐδὲν γὰρ ἔξω τῆς ἀνθρωπείας τῶν μὲν 105

---

utrum latus silicis testaeve delapsae sit superius futurum, utrum terrae incubiturum. Τὴν ἐλπίδα ἀναῤῥίπτειν εἰς ἅπαν τὸ ὑπάρχον est itaque *spem periclitari*, experimentum facere, [num spes tibi sit in exitum itura, an te falsura, sic ut tuas fortunas universas aleae committas, ductus illa spe." Reisk. — Equidem malim supplere κίνδυνον, nam ea est solennis formula, altera non item. V. Valcken. ad Herodot. VII, 50. In aoristo καθεῖλε est vis consuetudinis. Vid. Matth. Gr. p. 703. Herm. ad Viger. p. 746.

δάπανος — φύσει] Thom. M. p. 199., explicans adiectivo δαπανηρός.

καὶ ἐν ὅτῳ — οὐκ ἐλλείπει] Perperam Krüger. p. 179. hunc sensum esse dicit: *spes copiam non relinquit* iis, qui ea abutuntur, *qua quis, cum illam semel cognoverit vanam esse, postmodum sibi ab ea caveat.* Nam ἐλλείπειν non est *relinquere*, sed *deficere.* Hoc igitur dicit: *Illis vero, qui de summa suarum fortunarum aleam iaciunt — ubi cognoscitur, spem se fefellisse et qualis sit, atque ubi se aliquis continens ab ipsa cognita sibi caveat, tamen non deficit*, sed homines a spe in rebus certis, velut militibus, armis, locis munitis, alieno auxilio et omni genere copiarum posita progrediuntur ad spem in rebus divinis collocatam. Vid. Act. philol. Monac. t. II. p. 218.

μὴ βούλεσθε] A. B. F. K. g. vulgo βούλησθε. Vid. Matth. Gr. §. 511. 3. 516. 2. Gregor. Corinth. p. 864. et adnotata ad I, 43. Heyne ad Homer. Il. t. VI. p. 36.

104. τῷ ἐλλείποντι] Hunc dativum iunge cum προςέσεσθαι; alter autem dativus ἡμῖν cum ξυμμαχίαν iungendus. Vide ad V, 46. et 5.

105. τῆς μὲν τοίνυν — ἄρχειν] Dionysius p. 915. Scholiastes: οὐκ ἔλαττον ἡγούμεθα εὐμενεῖς ἡμῖν ἔσεσθαι τοὺς θεοὺς ἤπερ ὑμῖν. οὐδὲν γὰρ ἔξω πράττομεν οὔτε τῶν εἰθισμένων περὶ τοὺς θεοὺς οὔτε τῶν πρὸς ἀνθρώπους δικαίων. τό τε γὰρ θεῖον θεραπεύομεν κατὰ τὸ κοινὸν πάντων ἔθος ἀνθρώπων, τούς τε ἀνθρώπους ἡγούμεθα φύσει γεγονέναι

ἐς τὸ θεῖον νομίσεως τῶν δ' ἐς σφᾶς αὐτοὺς βουλήσεως δι-
καιοῦμεν ἢ πράσσομεν. ἡγούμεθα γάρ τό τε θεῖον δόξῃ,

πρὸς τὸ ἄρχειν ὧν κρατοῦσιν. Dionys. ita explicat: ὅτι τὸ μὲν
δόξῃ γινώσκουσιν ἅπαντες, τὰ δὲ πρὸς ἀλλήλους δίκαια τῷ κοινῷ
φύσεως κρίνουσι νόμῳ, οὗτος δ' ἐστιν, ἄρχειν ὧν δύνηταί τις
Thom. M. in εὔνοια scribit, εὐμένειαν esse maioris erga mi-
et interdum contra, idque tum ex aliis, tum hoc loco Thucy-
docet. Sed hoc loco parum apte usus est, neque recte Rei-
ne nos quidem nobis videmur erga deos minus bene animati
quam vos vobis videmini. Sed haec verba non dicuntur de
piaque mente hominum erga deos, sed de favore et gratia di-
numinis erga homines; id quod docet cap. proxime praeg-
Exspectes igitur potius πρὸς τοῦ θείου. Kruegerus vulgatam
tuetur, ut verba τῆς πρὸς τὸ θεῖον εὐμενείας οὐδ' ἡμεῖς οἰόμεθα
λείψεσθαι attractionis quodam genere posita censeat pro πρὸς
τὸ θεῖον τῆς πρὸς τοῦ θείου εὐμενείας οὐδ' ἡμεῖς οἰόμεθα λελείψεσθαι
ad deos quod attinet, ne nos quidem eorum gratia inferiores fo-
speramus. Quod olim, addit, putaram verba πρὸς τὸ θεῖον t-
tummodo traiecta esse atque ad λελείψεσθαι pertinere, ind-
verbis sequentibus: καὶ πρὸς μὲν τὸ θεῖον οὕτως ἐκ τοῦ εἰκότος
φοβούμεθα ἐλασσώσεσθαι, id vel propterea non placet, quod sic
εὐμενείας intelligendum foret αὐτοῦ sc. τοῦ θείου, quod hic dur-
existimo.

ἐς τὸ θεῖον νομίσεως] Hudsonus dicit, νόμισις nihil aliud es-
nisi θρησκείαν vel τὸ περὶ τῶν θεῶν δόγμα, ita etiam usurpari
Dione p. 21. *H. Steph.* Pollux V, 126. durum putat esse nec pr-
batum verbum νόμισις. V. Popp. prol. t. I. p. 251. Schol. νομί-
σεως εἶπε διὰ τὰ νενομισμένα, ubi puto delendum esse διά.

ἐς σφᾶς αὐτούς] Structura ἀπὸ κοινοῦ. Nam pronomina ita p-
suit, quasi antecessisset ἔξω τῆς τῶν ἀνθρώπων. Scholiastes: ἐ-
σφᾶς αὐτοὺς βουλήσεως τῆς εἰς ἀνθρώπους δηλονότι φησὶ προαιρέσε-
Reiskius idem esse dicit, ac si dixisset: οὐδὲν πράσσομεν, οὐδὲ ἀ-
οῦμεν ἄλλως τι δίκαιον εἶναι, ἢ ὡς οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι ἐν μὲν τοῖς θεί-
νομίζουσιν, ἐν δὲ τοῖς ἀνθρωπίνοις βούλονται πρὸς ἀλλήλους ἀξιοῦν κ-
δικαιοῦν, h. e. ἀξιοῦν δίκαια εἶναι. *Non aliter agimus, neque ali-*
ius et fas aestimamus, quam prout alii homines partim in reli-
divinis statuunt agendum et censendum esse, partim in rebus hu-
manis, in mutuis rerum inter se commerciis volunt agi atque ce-
seri. Hoc est, addit: sacra facimus ex ritu antiquo et ius civi-
administramus ad praescriptum et ductum iuris naturae. Ἀνθρω-
πείας Kruegerus et ad νομίσεως et ad βουλήσεως pertinere ac pr-
pterea praemissum esse docet, itaque locum in has partes res-
vendum esse: οὐδὲν δικαιοῦμεν ἢ πράσσομεν ἔξω τῆς ἀνθρωπείας τῆ-
ἐς τὸ θεῖον νομίσεως, et: οὐδὲν δικαιοῦμεν ἢ πράσσομεν ἔξω τῆς ἀν-
θρωπείας τῶν ἐς σφᾶς αὐτοὺς βουλήσεως, *neque poscimus, neque faci-*
mus quidquam, quod vel sancitae, qua homines deos colunt, obser-
vantiae repugnet, vel ab humano eorum, quae sibi quisque expeti-
acquirendorum studio abhorreat. Significatur autem, fortiore-
quemque poscere, ut quem superet, is sibi pareat. Ita Krueg-
rus. Βούλησις nihil est nisi nostrum: *Gesinnung.* Τὰ ἐς τὸ θεῖ-
esse *quae ad deos pertinent,* idem adnotavit, adiri iubens Matth.
Gr. §. 270. b. et p. 302. Similis ad rem locus Dionysii A. R. VIII
p. 1582, 3.

νθρώπειόν τε σαφῶς διὰ παντὸς ὑπὸ φύσεως ἀναγκαίας, οὗ ν κρατῇ, ἄρχειν. καὶ ἡμεῖς οὔτε θέντες τὸν νόμον οὔτε κει-μένῳ πρῶτοι χρησάμενοι, ὄντα δὲ παραλαβόντες καὶ ἐσόμενον ἀεὶ καταλείψοντες, χρώμεθα αὐτῷ, εἰδότες καὶ ὑμᾶς ἂν ιὶ ἄλλους ἐν τῇ αὐτῇ δυνάμει ἡμῖν γενομένους δρῶντας ἂν ὑτό. καὶ πρὸς μὲν τὸ θεῖον οὕτως ἐκ τοῦ εἰκότος οὐ φο-ύμεθα ἐλασσώσεσθαι· τῆς δὲ ἐς Λακεδαιμονίους δόξης, ἣν ὰ τὸ αἰσχρὸν δὴ βοηθήσειν ὑμῖν πιστεύετε αὐτούς, μακα-σαντες ὑμῶν τὸ ἀπειρόκακον οὐ ζηλοῦμεν τὸ ἄφρον. Λα-δαιμόνιοι γὰρ πρὸς σφᾶς μὲν αὐτοὺς καὶ τὰ ἐπιχώρια νόμι-ι πλεῖστα ἀρετῇ χρῶνται· πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους πολλὰ ἄν ς ἔχων εἰπεῖν ὡς προςφέρονται, ξυνελὼν μάλιστ' ἂν δηλώ-μεν ὅτι ἐπιφανέστατα ὧν ἴσμεν τὰ μὲν ἡδέα καλὰ νομίζουσι, ὰ δὲ ξυμφέροντα δίκαια. καίτοι οὐ πρὸς τῆς ὑμετέρας νῦν λόγου σωτηρίας ἡ τοιαύτη διάνοια.

ΜΗΛ. Ἡμεῖς δὲ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἤδη καὶ μάλιστα πι-στεύομεν τῷ ξυμφέροντι αὐτῶν Μηλίους ἀποίκους ὄντας μὴ ουλήσεσθαι προδόντας τοῖς μὲν εὔνοις τῶν Ἑλλήνων ἀπί-στους καταστῆναι, τοῖς δὲ πολεμίοις ὠφελίμους. 106

ἡγούμεθα γὰρ — ἄρχειν] His sui moris, deos colendi, in ho-mines agendi causam statim subiicere Atheniensem, Reiskius mo-nuit: recte an secus deos colamus, in dubio est. Nam mera ex opinione imperat numen hominibus. Sed opinio, sic colendos se deos, est humana, antiquitus nobis tradita, cui servimus. ·c autem certum est, quicquid alteri imperat, id ei imperat, ia necesse est per naturam rerum, ut potior minori imperet. Minus recte Dionysius: τὸ μὲν θεῖον δόξῃ γινώσκουσιν ἅπαντες, ι non vidit annectendum esse verbum ἄρχειν, *existimamus enim* ·s *ex opinione hominum, homines manifesto semper et ubique el* *perare, cuius potentes sint*. Contraria ponuntur δόξῃ et σα-ς, utrumque iungendum cum ἄρχειν. Docuit Kruegerus, et iam te eum Bauerus.

οὐ — ἐλασσώσεσθαι] Thom. M. p. 167. et Phavorinus in φο-ῦμαι.

δόξης, ἣν — πιστεύετε αὐτούς] Si sana sunt verba, Poppo ait oleg. t. I. p. 134., scriptor αὐτούς initio omittere voluisse, sed um *spem de Lacedaemoniis conceptam auxilio Meliis fore* auda-er dici intellexisset, postea addidisse iudicandus est. — Ego quid fficultatis in αὐτούς insit, non cerno; potius suspectum esse pos-illud ἣν, pro quo in H. g. est ἣν, ut suspiceris, legendum ·e ἣν — πιστεύητε, vel relicto indicativo scribendum ᾗ. Lehnero Act. philol. Monac. t. III. p. 32. not. ἣν pro διὰ sive καθ' ἣν ·tum videtur. Desidero exempla, nam quod ipse ponit, aliter plicandum est. Mox de verbo ζηλοῦμεν v. Valcken. ad Thom. pone Ruhnken. et alior. epistol. ad Ernest. p. 162. Conf. Titt-ann. ad Zonar. in v.

106. ἡμεῖς δὲ — ὠφελίμους] Schol. φασὶν οἱ Μήλιοι ὅτι διὰ τὸ ν συμφέρον τοὺς Λακεδαιμονίους πιστεύομεν καὶ μάλιστα ἥξειν ἡμῖν

107 *ΑΘ.* Οὔκουν οἴεσθε τὸ ξυμφέρον μὲν μετὰ ἀσφαλείας ἰ-
ναι, τὸ δὲ δίκαιον καὶ καλὸν μετὰ κινδύνου δρᾶσθαι· ὃ Λα-
κεδαιμόνιοι ἥκιστα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τολμῶσιν.

108 *ΜΗΛ.* Ἀλλὰ καὶ τοὺς κινδύνους τε ἡμῶν ἕνεκα μᾶλ-
ἡγούμεθ᾽ ἂν ἐγχειρίσασθαι αὐτούς, καὶ βεβαιοτέρους ἢ ἐς ἄλ-
λους νομιεῖν ὅσῳ πρὸς μὲν τὰ ἔργα τῆς Πελοποννήσου ἐγ-
κείμεθα, τῆς δὲ γνώμης τῷ ξυγγενεῖ πιστότεροι ἑτέρων ἐσ-

109 *ΑΘ.* Τὸ δ᾽ ἐχυρόν γε τοῖς ξυναγωνιουμένοις οὐ τὸ ε-
νουν τῶν ἐπικαλεσαμένων φαίνεται, ἀλλ᾽ ἢν τῶν ἔργων τ
δυνάμει πολὺ προὔχῃ· ὃ Λακεδαιμόνιοι καὶ πλεῖόν τι τ
ἄλλων σκοποῦσι. τῆς γοῦν οἰκείας παρασκευῆς ἀπιστίᾳ
μετὰ ξυμμάχων πολλῶν τοῖς πέλας ἐπέρχονται. ὥστε οὐκ ε-
κὸς ἐς νῆσόν γε αὐτοὺς ἡμῶν ναυκρατόρων ὄντων περαι-
θῆναι.

110 *ΜΗΛ.* Οἱ δὲ καὶ ἄλλους ἂν ἔχοιεν πέμψαι· πολὺ δὲ τ
Κρητικὸν πέλαγος, δι᾽ οὗ τῶν κρατούντων ἀπορώτερος ἡ λῆ-
ψις ἢ τῶν λαθεῖν βουλομένων ἡ σωτηρία. καὶ εἰ τοῦδε σφα-
λοιντο, τράποιντ᾽ ἂν καὶ ἐς τὴν γῆν ὑμῶν καὶ ἐπὶ τοὺς λοι-
ποὺς τῶν ξυμμάχων, ὅσους μὴ Βρασίδας ἐπῆλθε· καὶ οὐ π
τῆς μὴ προσηκούσης μᾶλλον ἢ τῆς οἰκειοτέρας ξυμμαχίδος
[καὶ γῆς] ὁ πόνος ὑμῖν ἔσται.

111 *ΑΘ.* Τούτων μὲν καὶ πεπειραμένοις ἂν τι γένοιτο
ὑμῖν καὶ οὐκ ἀνεπιστήμοσιν ὅτι οὐδ᾽ ἀπὸ μιᾶς πώποτε πο-
ορκίας Ἀθηναῖοι δι᾽ ἄλλων φόβον ἀπεχώρησαν. ἐνθυμού-

βοηθούς, ὅπως μὴ τοῖς μὲν εὐνοοῦσι τῶν Ἑλλήνων ἄπιστοι φανῶ-
ὑμᾶς δὲ τοὺς πολεμίους ὠφελήσωσι, προδόντες ἡμᾶς τοὺς συμμάχους.

107. οὔκουν] Ita Bekkerus flagitante sententia pro οὐκοῦ-

108. ἢ ἐς ἄλλους] i. e. ἡμᾶς ἐς αὐτοὺς ἢ ἐς ἄλλους. Et μᾶλ-
— ὅσῳ pro τοσούτῳ μᾶλλον, ὅτι dici, docuit Buttmann. excurs.
Plat. Alcib. II. §. 16. a. p. 205. Conf. ad Thucyd. VI, 89.
supra III, 45. V, 90.

109. οὐκ εἰκός — περαιωθῆναι] Thom. M. p. 165. sq. omi-
ἡμῶν ναυκρατόρων ὄντων.

110. ἀπορώτερος] V. Popp. prol. t. I. p. 102. Matth. Gr.
606. Buttmann. Gr. max. P. I. p. 247.

ὅσους — ἐπῆλθε] V. ad IV, 92. Solennior est dativus ἐπέρ-
σθαί τινι.

ξυμμαχίδος τε καὶ γῆς] Haack. verba καὶ γῆς seclusit, tanq-
spuria. Possis tamen tueri, si scriptorem distinguere voluisse c-
gites ξυμμαχίδα] (δύναμιν) et γῆν (Ἀττικήν.) Sed schol. καὶ γῆς
legisse videtur.

111. τούτων μὲν — ἀπεχώρησαν] Ordo verborum est: τούτ-
μὲν ἄν τι γένοιτο καὶ ὑμῖν καὶ πεπειραμένοις καὶ οὐκ ἀνεπιστήμο-
ὅτι etc. Scholiastes: τούτων μὲν καὶ ὑμεῖς πεπείρασθε, καὶ οὐκ ἐπ-
πιστήμονές ἐστε ὅτι οὐδέποτε Ἀθηναῖοι πολιορκοῦντες ἑτέρους ἀπεχώ-
σαν διὰ τὸ φοβηθῆναι περὶ τῶν συμμάχων ἢ περὶ τῆς γῆς τῆς ἑαυτῶν

ϑα δὲ ὅτι φήσαντες περὶ σωτηρίας βουλεύσειν οὐδὲν ἐν τοσούτῳ λόγῳ εἰρήκατε ᾧ ἄνθρωποι ἂν πιστεύσαντες νομίσαιεν σωθήσεσθαι, ἀλλ' ὑμῶν τὰ μὲν ἰσχυρότατα ἐλπιζόμενα μέλλεται, τὰ δ' ὑπάρχοντα βραχέα πρὸς τὰ ἤδη ἀντιτεταγμένα περιγίγνεσθαι. πολλήν τε ἀλογίαν τῆς διανοίας παρέχετε, εἰ μὴ μεταστησάμενοι ἔτι ἡμᾶς ἄλλο τι τῶνδε σωφρονέστερον γνώσεσθε. οὐ γὰρ δὴ ἐπί γε τὴν ἐν τοῖς αἰσχροῖς καὶ προὔπτοις κινδύνοις πλεῖστα διαφθείρουσαν ἀνθρώπους αἰσχύνην τρέψεσθε. πολλοῖς γὰρ προορωμένοις ἔτι ἐς οἷα φέρονται τὸ αἰσχρὸν καλούμενον ὀνόματος ἐπαγωγοῦ δυνάμει ἐπεσπάσατο, ἡσσηθεῖσι τοῦ ῥήματος, ἔργῳ ξυμφοραῖς ἀνηκέστοις ἑκόντας

ουμένης, sive *von diesem könnet auch ihr wohl schon manchmal Erfahrung gemacht haben und es wissen, dass* etc. Dictum est ut illud *βουλομένῳ μοι γίγνεται*, et locus ita accipiendus, quasi scripsisset: *τούτων μὲν ἄν τι γένοιτο, ὥςτε καὶ ὑμᾶς καὶ πεπειρᾶσθαι καὶ οὐκ ἀνεπιστήμονας εἶναι, ὅτι* etc. Explicat haec verba Matth. Gr. p. 524. conf. II, 60. init. Valcken. ad Herodot. VIII, 101.

ἀλλ' ὑμῶν τὰ μὲν — γνώσεσθε] Dionys. p. 916. Schol. *ἀλλὰ τὰ μὲν ἰσχυρότερα ὑμῶν ἐλπίδες εἰσὶ μέλλουσαι· τὰ δὲ ὑπάρχοντα, ὡς πρὸς τὰ ἡμέτερα παντελῶς εἰσὶ σμικρά. πάνυ τε δὴ ἀλόγιστοι καθεστήκατε, εἰ μὴ καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι βουλεύσεσθε φρονιμώτερον.*

οὐ γὰρ δή — περιπεσεῖν] Dionys. l. l. Schol. *οὐ γὰρ δὴ εἰκότως ἐπὶ τὴν μάλιστα λυμαίνουσαν τοὺς ἀνθρώπους αἰσχύνην καταφεύξεσθε, δι' ἣν πολλοὶ καίπερ ὁρῶντες ὅτι εἰς κίνδυνον ἔρχονται, ὅμως φεύγοντες τὸ ἀπρεπὲς τοῦ ὀνόματος (τουτέστι τὸ ὑπακούειν, ἔχον τι ποιητικὸν αἰσχύνης· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐπαγωγόν) συμφοραῖς μεγίσταις περιέπεσον, καὶ αἰσχύνην μείζονα προσέλαβον ἧς ἔφευγον. ἀντὶ τοῦ ἀνοήτους αὐτοὺς συνέβη νομίζεσθαι, καὶ οὐ δοκεῖν διὰ τύχην πταῖσαι. ἐν γὰρ τῷ ἢ τύχῃ ὁ ἢ σύνδεσμος ἀντὶ τοῦ ἤπερ κεῖται.* Quaeritur quinam sint, quos appellat *αἰσχροὺς κινδύνους* —? Bauerus ea intelligit pericula, quae subire pudor adigit, quae ob ignominiam fugiendam suscipiuntur. Hoc est, quasi quae mortis vitandae causa suscipiuntur, mortifera appelles. Ipse scriptor exponit, quae turpia pericula intelligi velit. Nempe sunt ea, quae propter id ipsum quod *προὔπτα* sunt, i. e. cum certo exitio coniuncta, suscipiuntur, quanquam praeter certum damnum dedecus amentiae afferant. Ac cum praestet, fortunae adversae succumbere, quam contra stimulum calcitrando fortunam culpa liberare; qui hoc committunt, sane merito turpis insipientiae damnantur. Sunt denique pericula, quae quis, cum evitare debeat, temere subit.

πολλοῖς γὰρ — ἐπεσπάσατο] „Portus per enallagen dictum putat pro *πολλοὺς προορωμένους* et *ἡσσηθέντας*. Sed fortassis recte dici potest *τὸ αἰσχρὸν ἐπεσπάσατο πολλοῖς τὸ αὐτοὺς ἑκόντας περιπεσεῖν συμφοραῖς*, *multis hoc conciliavit, causa fuit, ut volentes in calamitates inciderent.* Nam quum dicitur *ἐπισπάσασθαι φθόνον, κίνδυνον* et alia, haud dubie dativus aliquis, ut *ἑαυτῷ* vel alius supplendus est. Thucydides infinito *περιπεσεῖν* utitur pro nomine, ut omnes Graeci. Si eo omisso dixisset *τὸ αἰσχρὸν πολλοῖς ἐπεσπάσατο συμφοράς*, nemo, opinor, de enallage cogitasset.“ Duker.

περιπεσεῖν; καὶ αἰσχύνην αἰσχίω μετὰ ἀνοίας ἢ τύχης προς-
λαβεῖν. ὃ ὑμεῖς, ἢν εὖ βουλεύησθε, φυλάξεσθε, καὶ οὐκ ἀπρε-
πὲς νομιεῖτε πόλεώς τε τῆς μεγίστης ἡσσᾶσθαι μέτρια προκα-
λουμένης ξυμμάχους γενέσθαι ἔχοντας τὴν ὑμετέραν αὐτῶν
ὑποτελεῖς, καὶ δοθείσης αἱρέσεως πολέμου πέρι καὶ ἀσφαλεί-
μὴ τὰ χείρω φιλονεικῆσαι· ὡς οἵτινες τοῖς μὲν ἴσοις μὴ εἴ-
κουσι, τοῖς δὲ κρείσσοσι καλῶς προσφέρονται, πρὸς δὲ τοὺς
ἥσσους μέτριοί εἰσι, πλεῖστ᾽ ἂν ὀρθοῖντο. σκοπεῖτε οὖν καὶ
μεταστάντων ἡμῶν καὶ ἐνθυμεῖσθε πολλάκις ὅτι περὶ πατρί-
δος βουλεύεσθε, ἣν μιᾶς πέρι καὶ ἐς μίαν βουλὴν τυχοῦσάν τε
καὶ μὴ κατορθώσασαν ἴστε.

112 Καὶ οἱ μὲν Ἀθηναῖοι μετεχώρησαν ἐκ τῶν λόγων· οἱ δὲ
Μήλιοι κατὰ σφᾶς αὐτοὺς γενόμενοι, ὡς ἐδόκει αὐτοῖς παρα-
πλήσια καὶ ἀντέλεγον, ἀπεκρίναντο τάδε. Οὔτε ἄλλα δοκεῖ
ἡμῖν ἢ ἅπερ καὶ τὸ πρῶτον, ὦ Ἀθηναῖοι, οὔτ᾽ ἐν ὀλίγῳ χρό-
νῳ πόλεως ἑπτακόσια ἔτη ἤδη οἰκουμένης τὴν ἐλευθερίαν
ἀφαιρησόμεθα, ἀλλὰ τῇ τε μέχρι τοῦδε σωζούσῃ τύχῃ ἐκ τοῦ

In his ἔτι ex B. b. c. d. e. h. i. k., quibus adde S. Bekker. edidit pro vulgata ὅτι.

μέτρια — ὑποτελεῖς] In his verba *ξυμμάχους γενέσθαι — ὑποτελεῖς* sunt epexegesis verbi *μέτρια*, ubi nos utimur vocula: *nämlich*. Ὑποτελεῖς Bekker. recepit ex A. B. F. H. K. L. M. N. O. P. Q. b. c. d. e. f. g. h. i. k., quibuscum facit S., pro vulgata ὑποτελῆ. Observavit Dukerus, Thucydidem ubique homines stipendiarios, non agros ὑποτελεῖς vocare. Vid. I, 19. 56. II, 9. VI, 57. Eosdem ὑποτελεῖν dicit III, 46.

καὶ δοθείσης — φιλονεικῆσαι] Scholiastes: *αἱρέσεως οὖν προκειμένης ἢ πολεμεῖν ἢ ζῆν ἀσφαλῶς, μὴ τὸ χεῖρον ἕλησθε φιλονεικήσαντες.* Popp. prol. t. I. p. 293. per breviloquentiam dictum ait pro *φιλονεικοῦντας ἑλέσθαι.*

ὡς οἵτινες — ὀρθοῖντο] Stobaeus p. 270.

καὶ ἐνθυμεῖσθε — usque ad finem capitis.] Schol. *βουλεύσασθε οὖν μεταστάντων ἡμῶν καὶ πολλάκις πρὸ ὀφθαλμῶν λάβετε ὅτι περὶ πατρίδος ἡ σκέψις, μιᾶς οὔσης, περὶ ἧς ἐν μιᾷ βουλῇ ἢ κατορθώσετε ἢ σφαλήσεσθε.* In his extremis *ἴστε* habet I. *ἔσταται* γρ. I. Paulo superius meus S. habet *ἦν* pro *ἥν*, spiritu a manu recente mutato. *Ἴστε* praeterea ex uno Parisino enotant, et Valla sic legit vel ex coniectura, vel e codice scripto, ut patet ex interpretatione eius: *quam — scitis*. Illud *ἔσται αι* ortum est ex *ἴστε* et primo vocabulo sequentis proxime capitis *καί*. *Ἴστε* igitur non parvam auctoritatem habet. Hoc recepto omnia plana sunt, modo de verbis *μιᾶς πέρι καὶ ἐς μίαν βουλήν* sanum iudicium feras. Hic autem *καί* non est *et* sed *etiam* vel *item*, et sensus idem ac si scripsisset: *ἐς μίαν καὶ μιᾶς πέρι οὖσαν βουλήν*, *quam, instituta unica de patria unica item consultatione, et servari et perdi posse scitote.* Sive: *über Ein Vaterland auch Einmal nur berathen.* Participium verbi substantivi sic hunc scriptorem omittere solere, iam aliquoties monitum est.

θείου αὐτὴν καὶ τῇ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων καὶ Λακεδαιμονίων τιμωρίᾳ πιστεύοντες πειρασόμεθα σώζεσθαι. προκαλούμεθα δὲ ὑμᾶς φίλοι μὲν εἶναι, πολέμιοι δὲ μηδετέροις, καὶ ἐκ τῆς γῆς ἡμῶν ἀναχωρῆσαι σπονδὰς ποιησαμένους αἵτινες δοκοῦσιν ἐπιτήδειοι εἶναι ἀμφοτέροις.

113 Οἱ μὲν δὴ Μήλιοι τοσαῦτα ἀπεκρίναντο· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι διαλυόμενοι ἤδη ἐκ τῶν λόγων ἔφασαν Ἀλλ' οὖν μόνοι γε ἀπὸ τούτων τῶν βουλευμάτων, ὡς ἡμῖν δοκεῖτε, τὰ μὲν μέλλοντα τῶν ὁρωμένων σαφέστερα κρίνετε, τὰ δὲ ἀφανῆ τῷ βούλεσθαι ὡς γιγνόμενα ἤδη θεᾶσθε, καὶ Λακεδαιμονίοις καὶ τύχῃ καὶ ἐλπίσι πλεῖστον δὴ παραβεβλημένοι καὶ πιστεύσαντες πλεῖστον καὶ σφαλήσεσθε.

114 Καὶ οἱ μὲν Ἀθηναίων πρέσβεις ἀνεχώρησαν ἐς τὸ στράτευμα· οἱ δὲ στρατηγοὶ αὐτῶν, ὡς οὐδὲν ὑπήκουον οἱ Μήλιοι, πρὸς πόλεμον εὐθὺς ἐτράποντο καὶ διελόμενοι κατὰ πόλεις περιετείχισαν κύκλῳ τοὺς Μηλίους. καὶ ὕστερον φυλακὴν σφῶν τε αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων καταλιπόντες οἱ Ἀθηναῖοι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν ἀνεχώρησαν τῷ πλείονι τοῦ στρατοῦ. οἱ δὲ λειπόμενοι παραμένοντες ἐπολιόρκουν τὸ χωρίον.

115 Καὶ Ἀργεῖοι κατὰ τὸν χρόνον τὸν αὐτὸν ἐςβαλόντες ἐς τὴν Φλιασίαν, καὶ λοχισθέντες ὑπό τε Φλιασίων καὶ τῶν σφετέρων φυγάδων, διεφθάρησαν ὡς ὀγδοήκοντα. καὶ οἱ ἐκ τῆς Πύλου Ἀθηναῖοι Λακεδαιμονίων πολλὴν λείαν ἔλαβον. καὶ Λακεδαιμόνιοι δι' αὐτὸ τὰς μὲν σπονδὰς οὐδ' ὣς ἀφέντες ἐπολέμουν αὐτοῖς, ἐκήρυξαν δὲ εἴ τις βούλεται παρὰ σφῶν Ἀθηναίους λῄζεσθαι. καὶ Κορίνθιοι ἐπολέμησαν ἰδίων τινῶν διαφορῶν ἕνεκα τοῖς Ἀθηναίοις· οἱ δ' ἄλλοι Πελοποννήσιοι ἡσύχαζον. εἷλον δὲ καὶ οἱ Μήλιοι τῶν Ἀθηναίων τοῦ περιτειχίσματος τὸ κατὰ τὴν ἀγορὰν προςβαλόντες νυκτός, καὶ ἄν-

---

113. τὰ μὲν μέλλοντα — θεᾶσθε] Dixi de hoc loco ad III, 38. et 3.

παραβεβλημένοι] i. e. *quia plurimum commisistis*. Tum activum, tum medium huius verbi praeter alios significatus hunc habet, ut sit quasi *deponere* sive *anvertrauen, deponiren, niederlegen*. Herodotus et activum et medium habet eodem sensu, atque II, 154. quidem παῖδας παρέβαλε αὐτοῖσι Αἰγυπτίους et VII, 10, 8. ἡμέων δὲ ἀμφοτέρων παραβαλλομένων τὰ τέκνα, *in medio depositis nostrum utriusque liberis*, quos locos etiam lexica habent.

115. ληΐζεσθαι] i. e. *sie stellten Kaperberechtigungen aus*. V. Boeckh. *Staatsh. d. Ath.* t. II. p. 128.

τὸ κατὰ τὴν ἀγοράν] Hoc vix intelligi potest de foro urbis Meliorum. Puto designari forum rerum venalium in munitionibus Atheniensium et locum, ubi asservabatur frumentum et alia ad usus militum, qui urbem obsidebant. Id indicant ea, quae

δρας τε ἀπέκτειναν καὶ ἐξενεγκάμενοι σῖτόν τε καὶ ὅσα πλεῖστα ἐδύναντο χρήσιμα ἀναχωρήσαντες ἡσύχαζον· καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἄμεινον τὴν φυλακὴν τὸ ἔπειτα παρεσκευάζοντο. καὶ τὸ θέρος ἐτελεύτα.

116 Τοῦ δ' ἐπιγιγνομένου χειμῶνος Λακεδαιμόνιοι μελλήσαντες ἐς τὴν Ἀργείαν στρατεύειν, ὡς αὐτοῖς τὰ διαβατήρια ἱερὰ ἐν τοῖς ὁρίοις οὐκ ἐγίγνετο, ἀνεχώρησαν. καὶ Ἀργεῖοι διὰ τὴν ἐκείνων μέλλησιν τῶν ἐν τῇ πόλει τινὰς ὑποτοπήσαντες, τοὺς μὲν ξυνέλαβον, οἱ δ' αὐτοὺς καὶ διέφυγον. καὶ οἱ Μήλιοι περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους αὖθις καθ' ἕτερόν τι τοῦ περιτειχίσματος εἷλον τῶν Ἀθηναίων, παρόντων οὐ πολλῶν τῶν φυλάκων. καὶ ἐλθούσης στρατιᾶς ὕστερον ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἄλλης, ὡς ταῦτα ἐγίγνετο, ἧς ἦρχε Φιλοκράτης ὁ Δημέου, καὶ κατὰ κράτος ἤδη πολιορκούμενοι, γενομένης καὶ προδοσίας τινὸς ἀφ' ἑαυτῶν, ξυνεχώρησαν τοῖς Ἀθηναίοις ὥςτ' ἐκείνους περὶ αὐτῶν βουλεῦσαι. οἱ δὲ ἀπέκτειναν Μηλίων ὅσους ἡβῶντας ἔλαβον, παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας ἠνδραπόδισαν. τὸ δὲ χωρίον αὐτοὶ ᾤκησαν, ἀποίκους ὕστερον πεντακοσίους πέμψαντες.

---

mox de frumento et aliis rebus a Meliis raptis dicit Thucydides. Duker. — E verbis scriptoris nihil certo colligi potest.

χρήσιμα] Emendatio Wassi pro vulgata χρήμασιν, quam emendationem serius firmarunt h. i. χρήματα habent L. Q.

116. καθ' ἕτερόν τι — εἷλον] i. e. ἕτερον μέρος τοῦ περιτειχίσματος. Dictum est ut ἐπὶ μέγα τε (sc. τοῦ τείχους) κατέσεισε II,76., ubi vide. Adde I, 50. πολλῶν νεῶν — ἐπὶ πολὺ τῆς θαλάσσης ἐπεχουσῶν.

πολιορκούμενοι] Grammatici veteres fame potissimum coactos Melios se dedidisse scribunt. Hesych., Photius, Phavorinus: λιμῷ Μηλίῳ, παροιμία, ἐπεὶ Ἀθηναῖοι ἐκάκωσαν Μηλίους πολιορκοῦντες λιμῷ, ὡς Θουκυδίδης ἐν τῇ πέμπτῃ. Eadem Photius in corrupto lemmate λιμένι Μηλίῳ. At Suidas in λιμὸς Μηλιαῖος totam harum rerum memoriam perturbat, Niciae tribuens expugnationem insulae, et ex insula urbem in Thessalia faciens, et alia falsa intermiscens, de quibus dixit uberius ad hunc locum Dukerus. Idem Suidas ad finem huius narrationis glossam Hesychii et aliorum modo adscriptam repetit. Partem horum errorum in farraginem suam s. v. Μῆλος recepit Phavorinus. Proverbium illud norunt etiam Zenob. IV, 94. Schol. Aristoph. Av. 186., quo respexit Hesychius, et Diogenian. VI, 13. p. 229. Plutarch. Proverb. 30. in praef. Gronovii ad Thesaur. Ant. Gr. Vol. X. p. 10., quos locos indicat Albertius. Strabo X. p. 712. Ἀθηναῖοι δέ ποτε πέμψαντες στρατιὰν ἡβηδὸν κατέσφαξαν τοὺς πλείους, ut patet, e nostro loco, et Strabonem rursus exscripsit Eustath. Vide Casaubonum. Sed pro πλείους apud Geographum lege Μηλίους cum Tyrwhitto Coniectur. in Strabon. ad h. l. p. 42. Harl. Id quod firmat Eustathius, scribens τοὺς ἐνοικοῦντας.

ARGUMENTUM

LIBRI VI.

Narratum est a Thucydide III, 86. 88. 90. 99., Leontinos Chalcidensium stirpe ortos, Atheniensium cognatos, a Syracusanis bello petitos per legatos, quorum princeps erat Gorgias orator *), populum Atheniensium precibus sollicitasse, ut suppeditatis propere auxiliis urbem e periculo eriperent Ol. 88, 2. Antiquiorem expeditionem, ab Atheniensibus duce Lamponio quodam in Siciliam factam Iustinus refert IV, 3. Vide Boeckh. *Staatsh. d. Ath.* t. II. p. 194. Persuasum est Atheniensibus, viginti in Siciliam naves Lachete et Charoeade ducibus mittunt. Quippe Athenienses iam diu capessendae Siciliae cupiditas incesserat.. Praetextu itaque usi sunt et cognatione et imploratione auxiliariorum; sed eorum consilium hoc fuit, ut neque frumentum illinc in Peloponnesum exportaretur, utque tentarent, an res Siculas in potestatem suam redigere possent. Thucyd. III, 86. In Sicilia Charoeade caeso Laches totum classis imperium penes se habens varia fortuna rem gessit. Missa etiam ducibus Pythodoro, Sophocle et Eurymedonte nova subsidia. Sed dum bellum diutius trahitur, Leontini per legatos cum Syracusanis paciscuntur. Primum induciae inter Camarinaeos et Geloos factae. Mox etiam ceteri Siculi et Sicilienses Gelam congressi, legatis ex omnibus Siciliae civitatibus missis, in colloquium venerunt, si quo modo in pristinam gratiam redire possent. Tandem oratione Hermocratis adducti pacem fecere. Suos duces Athenienses partim exilio, partim pecunia multaverunt, quasi in eorum potestate fuisset, Siciliam in suam ditionem redigere. Ac ne hoc mireris, insula Sicilia prorsus ignota erat Atheniensibus. Vide Thucyd. VI, 1. Creuzer. d. arte hist. gr. p. 98. Ukert. Geogr. Gr. et Rom. Vol. I. P. I. p. 32.

*) v. Dionys. iud. de Lysia p. 456, et ad Timaei hist. fragm. 68. p. 207.

Novae expeditionis in Siciliam suscipiendae suasor fuit Alcibiades maxime, isque tanto felicior, quo cupidiores ipsi populares eius erant insulae invadendae: quippe hinc in Italiam sese et Carthaginem transitum habituros, re vires superante animo nimis cupide concepta sperabant. Vide Plutarch. Vit. Alcib. c. 17. Vit. Niciae c. 12. Pausan. t. I. p. 41. *Fac.* Isocrat. *συμμαχ.* c. 29. Thucyd. VI, 15. 90. Confer Boeckh. *Staatsh. d. Ath.* t. I. p. 314. not. Undecim post Lachetis expeditionem annis, Ol. 91, 1. inter Segestanos et Selinuntios de ambiguis agrorum finibus bellum exortum est. Licet enim fluvius dissidentium urbium agros separabat; tamen Selinuntii in adversam ripam transgressi solum fluvio adiacens per vim occuparunt. Mox de proximis etiam campis parte non mediocri avulsa per ludibrium praeterea iniuria affectis insultaverunt. Segestani verbis primum dehortari illos, mox armata manu depellere. Eductis in aciem utriusque civitatis copiis atrox pugna commissa est, qua Selinuntii victores discedebant. Segestani Agrigentinos primo et Syracusanos auxilia rogavere; quibus frustra tentatis a Carthaginiensibus per legatos subsidia postulaverunt. Detrectantibus etiam his transmarinam inde societatem armorum quaesiverunt. Iam cum Leontini ex urbe sua alio translati simul et civitatem et agros amisissent, quotquot solo patrio extorres supererant, coniunctis cum Segestanis opibus consiliisque legatos Athenas miserunt. Qui cum Athenas venissent, Leontini cognationem et pristinam belli societatem protulerunt; Segestani magnam pecuniae vim ad belli sumtus polliciti populum Atheniensium permoverunt, ut cives quosdam illuc mitterent, qui quae Segestani promiserant et insulae statum explorarent. Reversis illis et quae falsa opulentiae Segestanorum specie collusi viderant, renuntiantibus populus in concionem convocatus de bello consilia egit, Nicia prudenter dissuadente; contra Alcibiades populum ad bellum suscipiendum permovit. Praeterea oraculis male interpretatis inductus est, Thucydid. VI, 6—26. Pausan. t. II. p. 384. *Ἀθηναίοις δὲ μάντευμα ἐκ Δωδώνης Σικελίαν ἦλθεν οἰκίζειν· ἡ δὲ οὐ πόῤῥω τῆς πόλεως ἡ Σικελία λόφος ἐστὶν οὐ μέγας. οἱ δὲ οὐ συμφρονήσαντες τὸ εἰρημένον, ἔς τε ὑπερορίους στρατείας προήχθησαν καὶ ἐς τὸν Συρακούσιον πόλεμον*, quanquam prodigiis etiam deterritus. Vid. Clitodem. apud Pausan. t. III. p. 197. Magnus autem et *χρησμολόγων* et *μάντεων* et aliorum eius generis numerus Athenis fuit, qui tunc Athenienses *θειάσαντες ἐπήλπισαν, ὡς λήψονται Σικελίαν*, ut verbis utar Thucydidis VIII, I. Vide Lobeck. de morte Bacch. P. II. p. 16. collato Kruegero ad Dionysii historiographica p. 272. not. Ad hos accesserunt, Lo-

beckius ait, privatis consiliis vates et fatidici, aeruscatores et haruspices, sacrorum interpretes, piatrices et praecantatrices, quos innumerabiles ista civitas tulit, quaestuosissima fraudum piarum officina. Quorum artes apud popellum σιβυλλιῶντα quantum voluerint, nemini obscurum esse potest. Stilbidem vatem cum legimus expeditioni Siciliensi interfuisse (Schol. Aristoph. Pac. p. 700.), nonne oraculorum commentitiorum, quibus imperiosa multitudo in fraudem illecta est, haud dubium deprehendimus nisi auctorem, certe interpretem? Quid? Lampo vates, is, qui Athenienses vaticiniis suis induxit, ut coloniam Thurium deducerent (vide Taylor. Vit. Lys. t. VII. p. 107—109. adde Heyn. Opusc. acad. t. II. p. 138.), nonne initiationibus etiam vacasse narratur? etc. — Itaque magno apparatu facto Alcibiadem, Niciam et Lamachum duces creatos ad gerendum in Sicilia bellum miserunt. Quod quomodo gestum sit, hoc et sequente libro exponitur. De cuius initio et exitu, de pecuniis copiisque bellicis paulatim submissis operae pretium est consulere Boeckhium *Staatsh. d. Ath.* t. II. p. 194. ad inscriptionem alteram.

Initio libri sexti Siciliae magnitudo, urbes, eamque incolentes gentes referuntur 6. Aestate anni ab ineunte bello septimi decimi Ol. 91, 2. Athenienses cum sociis apud Corcyram fuerunt 42., unde cum maximo apparatu solventes ad Rhegium congregabantur 44. Postquam duces de ineunda expeditione in Alcibiadis sententiam concesserant, decem naves in Syracusanum portum exploratorias miserunt 50. Hinc Catanam appulerunt, quae urbs eos recipiebat 51.; contra Camarina re infecta discesserunt 52. Hinc Alcibiades ob hermarum praecisionem et alia crimina iam ante profectionem agitata, veritus iudicium populi, voluntarium in exilium ivit: et obiter de facinore Aristogitonis et Harmodii auctor loquitur 54. 60. Alcibiades ex agro Thurio in Peloponnesum transmisit 53—61. Athenienses Hyccaro ceperunt 62. Paulo post, fraude bellica prope Syracusas appulsi ad Olympium et flumen Anapum castris positis 64. 65. primum proelium commiserunt 67. 69., quo Syracusanos vicerunt; sed non longe insecuti ab equitibus Syracusanorum cohibiti sunt. Tum Syracusani ad Olympium praesidium miserunt 70. Ineunte iam hieme Athenienses Catanam redierunt 71., quo factum est, ut Syracusani et animum colligerent (conf. Thucyd. VII, 42.) et otium nanciscerentur, legatos Spartam mittendi urbemque communiendi 73. Alcibiades exul a Lacedaemoniis accitus, ut Syracusanis ducem et auxilia mitterent, ac Deceleam in Attica communirent, suasit 91. Insequente aestate Athenienses circumvallationem Syracusarum aggressi sunt.

Partes urbis Syracusarum fuere quinque: *Ortygia*, *Acradina*, *Tyca*, *Neapolis*, *Epipolae.* Primum **Insula** sive **Ortygia** ab Corinthiis, duce Archia, communiri habitarique coepta est; mox Acradina etiam in continenti adiecta incolisque frequentata; hinc suburbium eius, in quo Fortunae erat fanum, quum in magnum incolarum aedificiórumque numerum velut alterum oppidum excrevisset, muro extrinsecus circumducto reliquae urbi additum est; inde alterum etiam suburbium, in quo Apollinis Temenitae templum, Tycae adiectum; postremo Epipolae etiam muro circumdatae, Tycaeque simul et Neapoli adnexae sunt, muro, qui has duas partes ab Epipolis separabat, deiecto. Urbs sita erat in planitie, quae in mare protenditur, formamque habet peninsulae, duplice sinu conclusae. Thuc. VI, 99. init. ibique Scholiastes: ἐπὶ χεῤῥονήσου ἡ πόλις τῶν Συρακουσίων κεῖται, γενομένου τινὸς ἰσθμοειδοῦς, τῇ μὲν ὑπὸ τοῦ μεγάλου λιμένος, τῇ δὲ ὑπὸ τῆς ἐπὶ θάτερον θαλάσσης. Vide Letronne *topogr. d. Syrac.* p. 7. Locus est ab utraque parte praeruptus, qui in mediterranea spatio ter mille ferme passuum procurrens magis magisque assurgit. Terminatur ille fastigio Epipolarum, quae spectant occidentem. Illam peninsulam adiacet Ortygia, spectans ortum hibernum, quae iam capit reliquias urbis quondam maximae Graecarum. Strabo VI. p. 414. πεντάπολις γὰρ ἦν τὸ παλαιὸν ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα σταδίων ἔχουσα τὸ τεῖχος. Plutarch. Vit. Nic. c. 17. Syracusas urbem dicit Ἀθηνῶν οὐκ ἐλάττονα. Vide argumentum libri II. Hunc verum esse, Cluverius *Sic. ant.* p. 205. dicit, Syracusarum ambitum, facile deprehendat, qui crepidines, quibus superstructa fuit urbs, a mari ad Euryelum usque tumulum circummetiatur; nam totus urbis antiquae locus uno perpetuoque saxo constans reliquo circa solo elevatior est. Consentit cum Cluverio Swinburn. *Voyag. dans les deux Siciles* t. III. p. 377. Aliud amplitudinis Syracusarum argumentum praebet Diodor. XIV, 18. collato Swinburn. t. III. p. 386. Quodsi etiam in definienda frequentia incolarum Syracusas Athenasque iungi licet; numerus eorum fuit sane haud exiguus. V. Boeckh. *Staatsh. d. Ath.* t. I. p. 43. Ambitus igitur fuit urbis florescentis centum octoginta ferme stadiorum. Ambitus Ortygiae, quae hodie sola habitatur, secundum Swinburn. t. III. p. 377. bis mille ferme passuum est. Multitudo eam incolit duodecies mille hominum. Ibid. p. 378., quater decies mille hominum secundum Brydone t. I. p. 231. *vers. germ.* Conf. Dorvill. *Sicula* p. 176. Illa insula cum primum coloniae Corinthiorum suffecisset, in decursu aetatis ita multitudo hominum aucta est, ut in continentem Siciliam aedificia continuare cogeren-

tur. Antiquissimis temporibus vallo lapideo iuncta erat, quod sive terrarum motu destructum, sive undarum vi perruptum est. Abhinc valli loco ponte continebatur. Rursus e ruderibus illius pontis et aedificiorum finitimorum vallum confectum est, quod hodieque perstare dicitur. Ortygia *Nasos* appellatur et *Insula; Arx* quoque et *Urbs* et peninsula audit, nempe prout vel lingua terrae eam continenti iungit, vel agger ille intercisus fuit. Munita erat antiquissimis iam temporibus; Dionysius tyrannus novo muro inter ipsam et Acradinam, item circa totam insulam ducto prope inexpugnabilem reddidit.

Acradina orientem versus mari alluebatur; a tractu septentrionali portus erat Trogili; occasum versus fines habebat Tycam et Neapolin; a tractu australi ad portum magnum et Insulam pertinebat. Tyca et Temenite Acradina moenibus seiungebatur. Partem quoque ad mare sitam egregie natura rupibus muniverat, quas fluctus alluunt. De statu hodierno Acradinae v. Dorv. Siculis p. 179. et Swinburn. t. III. p. 382. 386. *Epipolarum* nomen est loco praerupto, occasum versus porrecto, ad urbem usque declivi, qui ita ei imminet, ut introrsus omnia pateant. Altissima Epipolarum pars plerisque collibus eminet, quorum praecipui sunt *Labdalum* et *Euryelus.* Labdalum in ipsa extrema Epipolarum crepidine Megara versus spectabat. Per Euryelum, extremo versus occasum colle situm, ad Epipolas fuit ascensus. Hodie appellant *Belvedere.* Vid. Dorv. Siculis p. 186. De statu hodierno Epipolarum, Euryeli et Labdali vid. Swinburn. t. III. p. 387. Eodem tempore, quo Gylippus Labdalo potitus est, totum hoc munimentum vel paulo post deletum fuisse, ut leviori opera in praesentem belli usum excitatum, probabili coniectura quidam arbitrantur. Neque enim post haec tempora munimenti Labdali mentio invenitur. Epipolas vel post Dionysii tyranni tempora non fuisse admodum habitatas, inde apparet, quod Marcellus in hac urbis parte castra metatus est, cum captis Tyca et Neapoli in Acradinam non statim posset penetrare et difficile ei esset, milites diripienda urbe arcere, si eos per suburbia illa dispersisset. In circuitu Epipolarum prope a Labdalo *Lautumiae* fuerunt. Tractus inter Epipolas, Tycam, Acradinam et regionem Anapi situs *Temenites* dicebatur, a luco Apollinis sic appellatus. Eadem fuit pars urbis post Thucydidis tempora Neapolis dicta. Per Temenitem et portas Acradinas in Acradinam transitus fuit; inde a Temenite ad Anapum Olympiumque via per portas Temenitides patebat. *Tyca*, quae nomen habet a fano Fortunae, pars urbis fuit Acradinae, Temeniti Epipolisque contigua; inde per Hexapyla aditus patebat ad plagam Siciliae septentrionalem.

Inter moenia Acradinae et fretulum Ortygiae vetera navium receptacula; in ipsa Ortygia ad portum Laccium navalia memorantur. Portus enim Syracusis fuerunt tres: *Portus Trogili*, ad litus Acradinae septentrionibus subiectum; *Portus minor* sive *Laccius*, hodie *Marmoreus*, extra urbis moenia, Acradinam inter et Ortygiam. De nomine huius portus v. Dorv. ad Charit. p. 370. Denique *Portus magnus* erat, qui intra continentem terram se insinuat ambitu octoginta ferme stadiorum. Ostium magni portus fuit octo tantum stadiorum. Thucyd. VII, 59. Catena firmissima seriori quoque aetate aditus ad portum interclusus est, ut intelligitur e Frontin. Strateg. I, 5, 6. Ambitum magni portus Strabo VI. p. 417. B. his verbis indicat: ἑκατέρωθεν δὲ τῆς Νήσου λιμήν ἐστι μέγας, ὧν ὁ μείζων καὶ ὀγδοήκοντα σταδίων ἐστί. Corruptum tamen hunc locum esse suspicatur Cluver. Sic. ant. p. 203. D., portumque saxosis et abruptis litoribus fere totum incinctum vix tamen quinque hodie ambitu conficere millia passuum affirmat. Consentit Fazellus de rebus Siculis Decur. I, 5. c. I. p. 93. B. Etiam Swinburn. t. III. p. 396. errorem librarii verbis Strabonis subesse scribit. Geographum erroris arguunt interpretes ipsius t. IV. p. 168. *vers. gall.* Prope ad Swinburnii calculum Brydone t. I. p. 241. accedit, sexies mille passuum ambitum faciens. Conf. Letronn. *topogr. d. Syr.* d. 65. Portum magnum circumnavigans, profectus ab Ortygia, cuius ad fontem Arethusam escensio erat parte insulae ea, quae in magnum portum vergit, venis ad angulum fretuli Ortygiae, quem Syracusani palis obstruxerant, quo se, dum Athenienses acrius insequerentur, reciperent. Thuc. VII, 25. Ultra Acradinam litus ad occasum vergit, dein ad austrum, hinc rursus occasum versus flectitur ad ostium Anapi amnis. Huius ostium et parvam litoris prominentiam praetervectus in sinum devenis recta ori portus obiacentem, quem τὸ κοῖλον καὶ τὸν μυχὸν τοῦ λιμένος Thucydides VII, 52. appellat. Prominentiam illam litoris χηλήν dicit cap. 53. Quo nomine hic non significari videtur agger arte factus, sed naturalis sinuatio. Conf. Dorvill. ad Chariton. p. 270. Plut. Vit. Solon. c. 9. collato Letronn. l. l. p. 106. H. Steph. thes. l. gr. t. II. p. 514. E. Thuc. I, 63. ibique not. VIII, 90. χηλὴ γάρ ἐστι τοῦ Πειραιῶς ἡ Ἠετιώνεια, ubi v. Wass. et Duker. Wessel. ad Diod. III, 43. Casaub. ad Strab. III. p. 230. A μυχῷ in sinum paulo ampliorem devenis, hodie dictum *Marina di Melocca*, qui an *Dascon* sinus sit, nec ne, quem veteres appellant, dubitatur. Poppo prol. t. II. p. 513. 516. non putat Dasconem a μυχῷ discernendum esse. Negat inter Olympium et Plemmy-

rium unquam castra Atheniensium fuisse, affirmat semper inter Olympium et urbem terra quidem pugnatum esse. Nempe classis Atheniensium, ante quam ad Plemmyrium transvehebatur, agebat in μυχῷ, ut ex Thucydide VII, 4. certo colligas. Qua statione relicta, et exercitu tum terrestri tum navali (praeterquam quantum in operibus obsidionalibus custodiae causa remanebat,) educto ab litore portus magni occiduo Plemmyrium petebant. Neque hanc stationem posthac relinquebant, sed ibi castra habentes dimicabant, usque dum interneccione caesi sunt. Aditum sinus Plemmyrium subiacentis, ubi naves eorum in statione erant, ope navium onerariarum, delphinis plumbeis armatarum, praecluserant, quo a Syracusanis incumbentibus refugium haberent. Thuc. VII, 38. 41. Pergit Poppo p. 516. „Contineri videtur hoc nomen [λειμὼν τῆς ἐξετάσεως] appellatione τὸ πρὸς τῷ Ὀλυμπιείῳ χωρίον VI, 64. 65." Hoc quoque verum; estque ea regio cogitanda in sinistra ripa Anapi sita fuisse. Pergit: „Quodsi τὸ πρὸς τῷ Ὀλυμπιείῳ χωρίον non in regione illius prati ponas, sed ad dextram Anapi, obstat λίμνη c. 66. memorata. Quae non videtur alia esse, quam ἡ λίμνη ἡ Λυσιμέλεια καλουμένη VII, 53." Id etiam hoc probatur, quod post primam pugnam terrestrem, descriptam VI, 70., Syracusani dicuntur praesidium in Olympium παραπέμψαι, et tum lacum Lysimeliam, tum paludem in sinistra fuisse hodiernus suburbii illius status probabile reddit. V. Swinburn. t. III. p. 397. in libro de sit. Syr. p. 75. Pergit Poppo: „Inde vero simul patet, Dasconi malum locum assignatum esse a Goellero [nimirum posueram in australi litore, sinumque dixeram eundem esse, quem hodie *Marina di Melocca* dicunt, et a μυχῷ λιμένος separaveram]. Nam ita Athenienses si in illo prato castra collocassent, pontem autem Anapi solvissent [v. Thuc. VI, 66.], a classe et castello, quae Dasconem tuebantur, ipsi improvide se seiunxissent." — Quid tum postea? Nonne terrestris Atheniensium exercitus, qui ad regionem Olympii in sinistra Anapi ripa escenderat, iunctus erat classi, in dextra ripa stationem habenti ad Dasconem, navibus praeter ostium Anapi ultro citroque praeternavigantibus? Quod autem Anapi pontem destruxerunt, probabilis causa cogitari potest haec: quoniam equitatum Syracusanum timebant, sperare Atheniensibus non licuit, fore ut tuto a copiis terrestribus ad classem terra quidem commearent. Hinc illa castrorum et classis communitio, et loci ad arcendum equitatum apti selectio. Quare pontem deiecerunt, ut saltem ab Olympio Syracusani intercluderentur, quanquam eo postea traiecerunt praesidium sive per pontem refectum, sive per ambages circa Cyanae

fontem, sive naviculis. Iam porro fac, Popponem vere iudicavisse, et Dasconem a μυχῷ non discernendum esse. Quid lucri facimus, quo minus ipse, quae obloquitur, iis arguatur? — nihil nisi Dasconem paulo longius versus boream promotum. Nonne autem vel sic ad dextram Anapi ripam classis Anapi remanet, ad sinistram terrestris exercitus? Igitur, vel hoc concesso, utrimque commercium fluvio Anapo interceptum erat, nam terrestres copiae ad sinistram, pons Anapi solutus, atque eadem res, Dasconem sive cogites paulo plus spatii versus austrum, sive boream transpositum. Classi autem in dextera stationem assignasse videntur, quoniam in sinistra commoda non erat; terrestres copiae ad sinistram collocatae, ut propiores urbem infestarent. Itidemque factum ab omnibus, qui ullo tempore arma ad Syracusas oppugnandas tulerunt. V. Plutarch. Vit. Nic. c. 16. (coll. Letronn. *topogr. d. Syr.* p. 61.) Himilco quoque Carthaginiensium dux Ol. 96, 1. Syracusas oppugnans κατεσκήνωσεν ἐν τῷ τοῦ Διὸς νεῷ· τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος ἐν τῷ παρακειμένῳ τόπῳ κατεστρατοπεδεύσατο, ἀπέχον τῆς πόλεως σταδίους δώδεκα (v. not. ad VI, 65.) Tria idem dux Carthaginiensium castella exstruxit, unum ad Plemmyrium, alterum circa medium portum (i. e. ad μυχόν), ultimum prope Olympium. v. Diodor. XIV, 62. 63. Hicetas Ol. 98, 4. χάρακα βαλόμενος περὶ τὸ Ὀλύμπιον διεπολέμει τῷ κρατοῦντι τῆς πόλεως Διονυσίῳ, verba sunt eiusdem XVI, 68. Hamilcar autem in bello contra Agathoclem Ol. 107, 4. suscepto cum exercitu Syracusas movens ἐπεβάλετο καταλαβέσθαι τοὺς περὶ τὸ Ὀλύμπιον τόπους, κειμένους πρὸ τῆς πόλεως etc. Diodor. XX, 29.

Nihilominus equidem nunc ita sentio, ut et ipse a μυχῷ Dasconem discernendum non putem, idque non Popponis argumentis, sed loco Diodori inductus, ubi cladem Eurymedontis in magno portu per penultimam pugnam factam narrans, quae Thucydides VII, 52. in μυχῷ λιμένος accidisse scribit, eadem in Dascone gesta esse testatur XIII, 13. ὁ γὰρ Εὐρυμέδων ἐπιχειρήσας περιπλεῖν τὸ κέρας τῶν ἐναντίων ὡς ἀπεσπάσθη τῆς τάξεως, ἐπιστρεψάντων τῶν Συρακουσίων, ἀπελήφθη πρὸς τὸν κόλπον τὸν Δάσκωνα μὲν καλούμενον, ὑπὸ δὲ τῶν Συρακουσίων κατεχόμενον. Conf. de sit. Syrac. p. 75. Aliquamdiu haesitavi, an Dascon sinus intelligendus sit tota portus magni pars inter Anapi ostia et insulam Ortygiam circa urbis latus australe effusa; quod comprobari non posse cum vidissem, quia κοῖλον sive angustum illum μυχόν fuisse dicit Thucydides et idem narratio Diodori prodit, ut alia taceam, de quibus infra dicetur; haec tamen satis obscura quasi aculei haerebant: Narrat Thucydides VII, 53., Syracusanos in χηλὴν

sive litoris ad sinistrum μυχοῦ latus prominentiam impetu facto ab Etruscis ibi a ducibus Atheniensium collocatis exceptos in lacum Lysimeliam fusos fugatosque esse. Iam illud, cum χηλή in dextera Anapi ripa sit, ita tantum fieri potuit, si per pontem Anapi in fugam conversi fugerent. Quod qui fieri potuerit, non intelligo. Qui enim Etrusci tam longe concitato cursu persequi poterant, nullum sibi ab Olympio, ubi Syracusanorum praesidium fuisse didicimus, periculum timentes? Quanquam ne id quidem exploratum, an pons, quo Anapus iungebatur, tum temporis refectus fuerit? Alia dubitatio libros istos retractanti mihi subnata est e loco VII, 52., ubi refertur, Eurymedontem dextrum classis Atheniensium cornu in pugna tenuisse. Versus solis ortum igitur et os magni portus, classe subter Plemmyrium in statione posita, collocatus fuisse putandus est. Attamen a Syracusanis, postquam mediam hostium aciem perruperant, in μυχόν fugatur. Qui tandem in μυχόν —? nisi per totum portus septentrionalem ambitum inde ab Insula ad occiduale portus latus eum persecuti sint. Sin minus; Eurymedon sinistrum classis Atheniensium cornu tenuisse dicendus est, secus ac in omnibus libris et editis et scriptis. Hoc quoque loco momentum mihi accedere visum erat, ut μυχόν sive Dasconem ab sinistra Anapi ripa ad dexteram non transferendum putarem. Sed id falsum esse convincunt quaedam vestigia quantumvis levia, in reliquiis Philisti et loco quodam Diodori indagata. Ac ille quidem fragm. 25. p. 162. Plemmyrio iungit Dasconem ap. Steph. Byz. in *Δάσκων Σικελίας χωρίον* (*vicus;* nam vicus cognominis sinum adiacebat, ut dubites, ap. Thuc. VI, 66. utrum sinus an vicus intelligendus sit?) *Φίλιστος ἕκτῃ Σικελικῶν „εἰς τὸν (τὸ) Πλημμύριον καὶ τὸν Δάσκωνα.“* ubi v. adnotata. Tum Diodor. XIV, 72. Dasconem prope Polichnen situm dicere videtur, adde cap. 73. et de recentioribus Dorvill. Sicul. p. 191. in libr. de sit. Syr. p. 78.

Quae cum ita sint, Dasconem quidem et μυχόν unum eundemque sinum fuisse coniicio, pro certo affirmare non ausim; nam potest Dascon fuisse idem sinus, qui hodie *Marina di Melocca*, et μυχός huius maioris sinus pars, et ita potuit fieri, ut Dascon cum μυχῷ a Diodoro confunderetur, cum totum pro parte poneret. Quae autem difficultates oriuntur modo memoratae, eas nunc quidem removere non queo. Interim *fanum Herculis*, quod prope Dasconem Plemmyrium inter et Olympium statueram, tollo et alia suburbii parte collocandum duco. Locus, quo nisus cum Letronnio illud in tabulam topographicam receperam, extat apud Plutarchum Vit. Nic. c. 24. extr. Ante ultimam pugnam navalem in magno

portu commissam τὸν λοιπὸν ὄχλον, qui non erat in navibus, ἔστησε παρὰ τὴν θάλασσαν ὁ Νικίας, ἐκλιπὼν τὸ μέγα στρατόπεδον καὶ τὰ τείχη τὰ συνάπτοντα πρὸς τὸ Ἡράκλειον· ὥςτε μὴ τεθυκότων τὴν εἰθισμένην θυσίαν τῷ Ἡρακλεῖ τῶν Συρακουσίων θῦσαι τότε τοὺς ἱερεῖς καὶ στρατηγοὺς ἀναβάντας. v. Cluver. Sic. Ant. p. 222. Quae verba demonstrant non id quod Letronn. voluit, fanum illud in australi litoris portus magni angulo prope Olympium ponendum esse, sed vel postremum vocabulum evincit, in editioribus occasum spectantibus locis, urbi contiguis situm fuisse. Nec vero Plutarchus, quae erat Letronii p. 68. sententia, hoc loco dicit, migrationem castrorum a Plemmyrio in Dasconem factam esse, sed idem hic narrat, quod Thucyd. VII, 60., castra ἀπὸ τοῦ πρὸς τῷ Ὀλυμπιείῳ et ex operibus obsidionalibus ad Plemmyrium translata.

Litus australe terminatur promontorio *Plemmyrio* (hodie *Massa d'Olivera.* v. Dorv. Sicul. p. 191.), dum propius ad Ortygiam accedit, portusque aditum coarctat, spatio octo ferme stadiorum. Id duae parvae insulae adiacent, quarum maior Ionium spectans (hodie *San Marciano*) ambitum habens centum ferme pedum, minor intra portum sita, hodie *il Castellucio.* In alterutra harum insularum tropaea erexerunt Athenienses. Thuc. VII, 23. Plemmyrium a Nicia communitum est, utpote commeatui recipiendo aptissimum. Tria ibi castella exstruxit, Thuc. VII, 4., quorum maximum occasum spectans (VII, 23.) omnem belli apparatus victusque copiam continebat, ubi omnis exercitus consedit, navibus ad radices promontorii stationem habentibus.

Anapus, cui paulo supra ostium rivus Cyane miscetur, in portum magnum incurrit, cursu vicies quater ferme mille passuum absoluto. Intra Cyanen et ostium, decem ab urbe stadiis ponte iungebatur, per quem ab urbe ad Olympium et Polichnen via Helorina ducebat. Hodie Anapus *Alfeo* appellatur. Via autem illa Heloro profecta oram usque maritimam legens procurrebat ad fluvium Cacyparin, hodie secundum nonnullos *Falconara.* Thuc. VII, 80. Tum occasum versus usque ad radices Olympii vergens trans Anapum per portas Temenitidas in urbem ducebat. Praeter ripam Anapi pratum fuit, quo Syracusani militum censum agere consueverant. Thucyd. VI, 96. 97. Hoc partim ruderibus aedificiorum, partim flumine et rupibus munitum fraude bellica per otium et sine sanguine Nicias occupavit, ponte pone se destructo ac qua facillime ab hoste potuisset impugnari, vallo ducto. Thucyd. VI, 63—67. Plut. Vit. Nic. c. 16.

Inter Anapum et urbem praeter rupes Epipolarum et

oenia Temenitis palus *Lysimelia* fuit, quae naturali quoam aggere divisa altera parte ad flumen Anapum, altera l litus maris pertinebat. Memoratur etiam stagnum *Syraco*, ade urbs nomen accepisse fertur; quae an pars tantum agnae paludis, an ipsa alio nomine Lysimelia fuerit, dubitur. Certe nonnisi serioris aetatis scriptores, velut Vibius equester, Stephanus Byzantinus, Scymnus Chius λίμνην Συραύ commemorant. Popp. prol. t. II. p. 517. observavit, legi ud Thucydidem etiam nomen ἕλος, *palus* VI, 101., ubi de raca cogitari posse putat, iubetque conferri Manson. Spart. II. p. 447. Paludis huius pars, addit, aliqua lutosa et solida at ita, ut lignis substratis transiri posset. Supra paludem it rupes, κρημνός, ὅς τῶν Ἐπιπολῶν ταύτῃ πρὸς τὸν μέγαν μένα ὁρᾷ. Thuc. l. l. τὸ κρημνῶδες c. 103. — Ceterum υράκουσαι apud probatos scriptores solenne urbis nomen est, d extat etiam Συράκουσα, velut apud Diodorum XIII, 75. IV, 14. fragm. l. 22. t. IX. p. 300. 306. l. 24. p. 337. 25. p. 360. At vid. Wesseling. t. VI. p. 560. Nomen colarum apud alios Συρακούσιοι, apud Thucydidem ex optiis libris Συρακόσιοι V. Popp. ed. Thuc. II, 1. p. 155.

Ex vicinia vero stagni illius et paludis magna horum corum semper insalubritas erat, de qua re vide Cluver. Sic. nt. p. 213. coll. Wessel. ad Diodor. t. VI. p. 560. et ante nnia Livium XXIV, 26. et locum de obsidione Marcelli XIV, 33. XXV, 23., quem confer cum descriptione pestintiae Atticae apud Thucydidem. Quare morbus etiam excitum Atheniensium invasit, id quod Niciam commovere debat, ut quam primum Sicilia excederet; sed eum superstio retinuit. v. Diodor. XIII, 12. XIV, 70. Plut. Vit. Nic. 22. 23. Thuc. VII, 50. Tametsi coelum Syracusanum grasimum, amoenissimumque fuit, teste Cicerone in Verrem , 5. c. 10. *Urbem Syracusas elegerat: cuius hic situs, atque ec natura loci coelique dicitur, ut nullus unquam dies m magna turbulentaque tempestate fuerit, quin aliquo mpore eius diei solem homines viderent.* Hinc Plin. H. N. 62. *Rhodi et Syracusis nunquam tanta nubila ait, ut n aliqua hora sol cernatur*, ubi v. Harduin. Conf. Heyn. usc. acad. t. II. p. 179. not. Brydon. t. I. p. 246. Swinrn. t. III. p. 395. in libr. de sit. et orig. Syr. p. 83.

Ab Anapo austrum versus mediocri collis altitudine est, aeceps fluvio imminens, reliquis partibus lente assurgens. hoc colle vicus *Polichne* situs fuit, et prope eum nobile Iovis mplum, unde ipse collis nomen *Olympii* accepit. In eo tabulae rvabantur, quibus nomina cunctorum civium inscripta erant. Plutarch. Vit. Nic. c. 16. Dorv. Sic. p. 190. Letronn. p. 54.

Epipolis Athenienses potiti (vide Thucyd. VI, 96. 97.), castello Labdalo exstructo, ad Tycam descendentes murorum ambitum celeriter aedificarunt VI, 98. Confecta inde a *Κρημνῷ* usque ad magnum portum circumvallatione VII, 2. 4. iam parum aberat, quin murum septentrionem versus inde a Trogilo ductum absolverent VI, 99. 101. *Κρημνός* fuit pars crepidinis Epipolarum praeruptissima, Temeniti propemodum contigua. Thucyd. VI, 101. 103. Ab hac parte urbs fuit munitissima teste Plutarcho Vit. Timolc. c. 21. Syracusanam etiam munitionem sub ambitu muri sui substructam diruerunt, vallum evulserunt 100. Hoc modo cum circumvallationem, excursu ab hostibus frustra facto, iam fere totam confecissent; Gylippus a Lacedaemoniis dux Syracusanis missus advenit 102. 103. 104. VII, 2.*) Athenienses Laconicae parte vastata propalam foedus Lacedaemoniorum ruperunt VI, 105. — Largius haec exsecutus sum et tabula topographica ad oculorum sensum demonstravi in libro de situ et origine Syracusarum inde a p. 37. Conf. Poppon. proleg. t. II. p. 510.

Restat, ut de quaestione historica dicam, quam in hoc libro inde a cap. 54. auctor super caede Pisistrati filii instituit. Plato, qui vulgo fertur, in Hipparcho, et eum secutus Aelianus V. H. VIII, 2. secus ac Thucydides Hipparchum occisum esse memorant in tyrannide. Auctor Hipparchi p. 228. *Steph.* Hipparchus, ait, *ὃς τῶν Πεισιστράτου παίδων ἦν πρεσβύτατος καὶ σοφώτατος.* Minus certe hoc confici putat Duker. ad Thucyd. VI, 54. e Clitodemi, an Clitodemi historici, verbis apud Athenae. XIII. p. 609. C. *ἐξέδωκε δὲ* Pisistratus *Ἱππάρχῳ τῷ υἱεῖ Φύην, τῷ μετὰ αὐτὸν τυραννεύσαντι.* Sed apud istum nunc rectius editum: *ἐξέδωκε δὲ καὶ Ἱππάρχῳ τῷ υἱεῖ — Φύην — καὶ Χάρμου — θυγατέρα ἔλαβεν Ἱππίας — τῷ μετ' αὐτὸν τυραννεύσαντι.* Eximendus igitur hic quidem scriptor antiquissimus e numero eorum, qui a Thucydide dissentiunt. Hipparchum autem dialogum hodie omnes in Platonis lectione assidue et vel non assidue versati pro spurio habent. Superest Heraclides Ponticus in fragm. de rep. Athen. p. 232. *Tauchn.*, qui nec cum Pseudoplatone, nec cum nostro historico facit, nec, quod sciam cum alio quoquam, nam Thessalum tyrannum facit: *τοῦτον τυραννοῦντα μὴ δυνηθέντες ἀνελεῖν, Ἵππαρχον ἀπέκτειναν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.* Nam quod post Pisistratum ab eo primo loco Hipparchus ponitur, secundo Thessalus memoratur, tertio Hip-

---

*) Conf. Diod. XIII, 3—7. Plutarch. Vit. Nic. c. 14—19.

pias; non catalogum decessorum imperii dare voluit, sed εἰκῇ enumeravit; sin catalogum cum Dukero esse statuas quae refert Heraclides, ipsius istius verba secum pugnant. Nempe, si primus post patrem Hipparchus dominatus est, non potuit sub tyranno fratre interimi. De auctoritate Diodori fragm. libr. X. t. IV. p. 61. *Argent.* iudicare non licet, quia, quos duces secutus sit, non constat. Neque is adversatur Thucydidi scribens: *οἱ δὲ ἄλλοι Ἵππαρχος καὶ Ἱππίας βίαιοι καὶ χαλεποὶ ἐτυράννουν τῆς πόλεως,* siquidem ipse scriptor Atticus quodammodo ita loquitur c. 55. de Hipparchi ἀρχῇ et de rebus gestis institutisque non tyranni (Hippiae) sed tyrannorum (Hippiae et Hipparchi) adeoque Hipparchum δορυφόροις stipatum fuisse narrat cap. 57. Statum quaestionis totius omnium et uberrime et planissime declaravit Evers. de prooem. Thucyd. p. 21., cuius quae verba super hac re extant, hic, quoniam liber in paucorum manibus videtur esse, adiiciam:

Scriptorum veterum de dominatu Hippiae et Hipparchi testimonia „inter se comparanti tres maxime quaestiones explicandae offeruntur: primum *quinam Pisistrati filiorum fuerit natu maximus* — deinde *quaenam vera caedis Hipparcheae causa* — tum *Hippiasne solus an Hipparchus etiam et Thessalus dominationem exercuerint?* — Inter Pisistrati filios e iustis nuptiis susceptos (fuit enim et nothus, cui Hegesistrato nomen) frequenti veterum commemoratione nulli sunt notiores atquè illustriores, quam quos a prima uxore habuit, Hippias et Hipparchus. Praeterea Thucydides nostro loco [I, 20.] et VI, 55. Diodor. excerpt. Peiresc. p. 557. [loco supra ex ed. Wessel. *Argentor.* memorato] et Theophrast. in hist. plant. de Thessalo loquuntur, cui unus Plutarchus [Vit. Cat. Mai. c. 24.] addit Iophontem, et utrumque ex altera uxore natum praedicat. At vero natu minimus eum nulli alii veterum laudetur, nec eius nomen columnae isti, quae in perpetuam tyrannidis memoriam exstructa fuit (Thuc. VI, 55.) inscriptum fuisse videatur, eum vel prima aetate morte absumptum vel in legitimorum Pisistrati filiorum numero prorsus non fuisse crediderim.

Eorum igitur, quos ex uxore prima Pisistratus suscepit, uter fuerit natu maior, quaestio exoritur, non difficilis illa quidem diiudicatu, dummodo testes ad examen vocentur accuratum, et suo quisque penderetur momento. Sed cum testes illorum temporum aequales nulli reperiantur, eum primo loco adire oportet, qui ad tyrannorum aetatem proxime accedit *). Thucydides igitur vulgarem opinionem, qua Hip-

*) Propior aetate Herodot. V, 55. Ἵππαρχον τὸν Πεισιστράτου

parchus natu maior ferebatur, non solum disertis verbis refutat, sed etiam argumenta adiicit, quae etsi non eiusdem singula momenti, ad sententiam tamen confirmandam idonea videantur. Nam primum de Hippia natu priore si ipsum auditu multo magis enucleate quam ceteros cognovisse profitetur, id quod unum sane huic sententiae fidem et auctoritatem adiungit, quoniam non cuique sermoni temere credidisse ἀκριβέστατον auctorem, sed singula momenta lance critica ponderasse credibile est. Verum accedit publici monimenti περὶ τυράννων ἀδικίας positi fides, in quo post Pisistratum primo loco Hippias et deinceps Hipparchi et Thessali nomina inscripta fuerunt. Quid? annon consentaneum est, eum fuisse natu maximum, cuius nomen proxime patrem incisum legeretur? Ita prorsus est, neque ullam rationem habet Meursii [in libr. de Pisistrato c. 11.] commentum, propter insignem Hippiae saevitiam illud factum esse arbitrantis. Nam si ut quisque saevior erat, ita alterius nomen alteri praepositum fuisse credamus; quid tandem est, quod patrem, quem crudelitate Hippias longissime antecelluisse fertur, nec ipse loco antecesserit? Leviora sunt argumenta reliqua, ut eorum commemoratione facile supersedeam. Iam audiamus eos, qui Hipparchum natu maiorem censeant, testem illi quidem locupletem et Thucydidi aliquatenus conferendum in medium producendo impares. Etenim ad unum Platonis dialogum illum provocant, unde eandem sententiam hausit Aelian. V. H. VIII, 2. ita tamen ut de istius dialogi γνησιότητι dubitare videatur adiectis verbis his: εἰ δὴ ὁ Ἵππαρχος Πλάτωνός ἐστι τῷ ὄντι. Huiusmodi additamenta, quae apud inferioris aevi scriptores hinc inde reperiuntur, e criticae disquisitionis, quam ipsi instituerunt, fonte haud quaquam promanant, sed vocum vestigia servant veterum criticorum Alexandrinorum, quibus assensum praebuisse Aelianum vel inde apparet, quod XI, [8.], ubi caedis causam enarrat, non istius dialogi auctori sed Thucydidi suffragatur. Et vero etiam huic Alexandrinorum iudicio praeter alia vestigia favent nimiae istae disputationis ambages et circuitiones, omnisque forma dialogi et facies, quae cum divino Platonis ingenio nihil habet similitudinis, sed fere ubique servilem prodit imitatorem. At Platonem faciamus auctorem — quid? num is Thucydide locupletior? Platonem dico, qui ut omnino pulchrum magis quam verum, delectationem magis quam eruditionem lectoris spectat, ita et

---

Ἱππιέω δὲ τοῦ τυράννου ἀδελφεόν, ubi v. Valcken. et Dahlm. *Herodot.* p. 227. Dummodo eum ut tyrannum, ita natu maiorem fuisse, colligere licet. *F. G.*

in enarrandis antiquae historiae locis verum minus curat, sed vulgarem opinionem amplexus id plerumque agit, ut exornet illam, verborum et sententiarum luminibus illustret, consilioque suo accommodet. Attamen Meursius Platonis causam acerrime defendens in auxilium vocat Clitodemum*) et Heraclidem Ponticum, quorum cum ne verbum quidem istius opinioni faveat, hanc pluribus refellere taedet. Nihil igitur habet, quo se tueatur vulgaris opinio, quam equidem inde maxime natam arbitror, quod Hippias ante fratris caedem mitis ac lenis, hac perpetrata ita in omne crudelitatis genus erupit, ut dominationem antea plane non exercuisse crederetur. Atque adeo scriptores aetate multo inferiores ad Thucydidis auctoritatem sese contulerunt, velut Polyaenus V, 14. Scholiast. ad Aristoph. Vesp. 500. [adde ad Lysistr. 619.] aliique [quos v. apud Vales. ad Diodor. excerpt. legat. l. l.], quos ad rem magis probandam nihil facientes commemorare non attinet.

In causa caedis constituenda paucis defungi licet, cum quae de dialogi, cui Hipparchus index, fide supra dicta sunt, dubitationem tollant, utrum isti Pseudo-Platoni, quem et Plutarch. in ἐρωτ. sequitur, magis adsentiamur, an vero Thucydidi, cui praeter Aristotelem Polit. V, 10. [p. 120. *Schneid.*] Aelianus l. l. et Maximus Tyr. dissert. 24. adstipulantur. In isto igitur dialogo inducitur Socrates cum Hipparcho quodam colloquens, cui humanitate ductus nescio qua tyranni occisi merita summis laudibus extollit, culpam eius omnibus modis comminuere adnititur, eoque narrationem illam de Harmodii sorore indignius tractata vulgi sermonibus celebratam, neque tamen τοῖς χαριεστέροις probatam affirmat. Verum etsi necesse fuit ut de singulis, quae caedis initia et causae fuerunt, diversissimi spargerentur rumores, tempore procedente magis magisque illi quidem immutati; hos tamen a Thucydide ea qua solet ἀκριβείᾳ pensitatos, verumque quoad eius fieri posset indagatum fuisse consentaneum est. Neque adeo huic in singulis fidem habendam esse equidem receperim, modo illud teneatur, communi veterum consensu firmatum, quod Aristotelis Rhetor. II, 24. verbis sic expresserim: ὁ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἔρως κατέλυσε τὸν τύραννον Ἵππαρχον, sive ut Platonis in symposio [cap. 9. p. 31. *Wolf.*] verbis utar: ὁ γὰρ Ἀριστογείτονος ἔρως καὶ Ἁρμοδίου φιλία βέβαιος γενομένη κατέλυσεν αὐτῶν τὴν ἀρχήν.

His stabilitis et fixis illud excutiendum est, quod, cum

---

*) Qui an idem sit qui Clidemus, dubitatur. De Clitodemo vide Pausan. X, 15, 3. de Clidemo Schweighaeuser. indice auctorum historiae et al. ad Atheneae. s. v. *F. G.*

auctor locupletissimus ipse sibi manifesto repugnare videatur, difficile est extricatu. Nam exoritur quaestio: *Hippiasne solus fuerit dominatus, an Hipparchum et Thessalum socios habuerit?* Iam vero Thucydides I, 20. *Atheniensium,* inquit, *multitudo Hipparchum tanquam tyrannum interfectum esse opinantur* et VI, 54. *οὐχ Ἵππαρχος, ὥςπερ οἱ πολλοὶ οἴονται, ἀλλὰ Ἱππίας πρεσβύτατος ὢν ἔσχε τὴν ἀρχήν* coll. cap. 55. extr. — At eodem cap. de Hipparchi *ἀρχῇ* et de rebus gestis institutisque non tyranni (Hippiae) sed tyrannorum (Hippiae et Hipparchi) loquitur, adeoque Hipparchum *δορυφόροις* stipatum fuisse narrat c. 57. Quae quidem tam disiuncta nescio an inter se iungantur, dummodo illius tyrannidis formam non monarchicam sed oligarchicam statuerimus. Siquidem non unus, sed tota Pisistratidarum prosapia occupaverat dominationem, oppressa reliquorum nobiliorum inprimisque opulentissima Alcmaeonidarum familia. Sed ut in quaque societate unus est, qui praestet ceteris, ita in huius quoque gentis consociatione. Nam Pisistratus princeps fuit familiae pariter atque tyrannidis, quam quidem ut liberis tutius firmiusque traderet, filium natu maximum, si scholiastae ad Aristophanis Vesp. [l. l.] credideris, imperii participem fecit. At unus ille *κατ' ἐξοχὴν* tyranni nomine dignus nihil habuit antiquius, quam ut quos sibi vel generis vel officii necessitudine devinctos tenuit, eos amplissimis magistratibus honoribusque ornaret, eoque Hippiae filium natu maximum summo magistratui praefuisse invenimus. Conf. Thuc. VI, 54. Dominationis autem modum et rationem, qualis cuique hac stirpe nato fuerit, enucleandi facultatem ademit scriptorum, quae de hac re memorarunt, tristissima iactura. Attamen in republica regunda non levis potestas assignanda videtur Hipparcho, quem Hippiae valde dilectum fuisse evincit saevitia, ad quam fratris caede instigatus fertur. Neque scio an, secutus pauca quae passim reperiuntur vestigia, cuiusque fratris in rebus publicis gubernandis momentum ita recte ponderaverim, ut Hippiam *αὐτοκράτορος* et tyranni nota praecipue insigniendum putem. Huius igitur ductu auspicioque magistratus electi, bella commissa, omniaque ad externam reipublicae administrationem pertinentia gesta sunt, licet ea, qua frater praecelluit, prudentia atque peritia satis adiutus videatur. Hipparchus autem literarum artiumque amore flagrans vi sua, quam in fratrem exseruit, ita usus esse videtur, ut et hunc mansuetiorem redderet et ea maxime institueret, quae vel ad urbem exornandam et amplificandam, vel ad civium veri pulchrique sensum excitandum et dirigendum, mores formandos animosque excolendos facerent. Tanta igitur vi cum polleret, cum *δορυφό-*

ϱους insignes tyrannidis testes ab Hippia accepisse non magis mirum est, quam Thucydidem ei ἀϱχήν tribuere cap. 54. et foedissimi nominis ignominiam inurere. Thessalus, si Diodoro fides, honoribus et rerum publicarum administratione prorsus abstinuit, neque apud quemquam veterum scriptorum eum dominationis consortem fuisse memoratum legimus. Sed utut est, nomen certe eius aeque atque Hippiae filiorum nomina columnae isti incisum fuit. Neque hoc mirum videbitur cuiquam reputanti, totam Pisistratidarum familiam unius tyranni loco habitam fuisse, unde factum, ut eandem rem ad Pisistratidas alii, alii ad Pisistratum referant. v. Herodot. V, 62., ibiq. Wessel. Declaratur illud quidem vel his Thucydidis verbis: *ἐπιστάμενος γὰϱ ὁ δῆμος ἀκοῇ, τὴν Πεισιστϱάτου καὶ τῶν παίδων τυϱαννίδα χαλεπὴν τελευτῶσαν γενομένην* VI, 53. Accedit Herodotus, qui non tyrannum Hippiam, sed tyrannos Athenis eiectos esse narrat V, 64. conf. VI, 123.“

ϛ.

1 Τοῦ δ᾽ αὐτοῦ χειμῶνος Ἀθηναῖοι ἐβούλοντο αὖθις μείζονι παρασκευῇ τῆς μετὰ Λάχητος καὶ Εὐρυμέδοντος ἐπὶ Σικελίαν πλεύσαντες καταστρέψασθαι, εἰ δύναιντο, ἄπειροι οἱ πολλοὶ ὄντες τοῦ μεγέθους τῆς νήσου καὶ τῶν ἐνοικούντων τοῦ πλήθους καὶ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, καὶ ὅτι οὐ πολλῷ τινι ὑποδεέστερον πόλεμον ἀνῃροῦντο ἢ τὸν πρὸς Πελοποννησίους. Σικελίας γὰρ περίπλους μέν ἐστιν ὁλκάδι οὐ πολλῷ τινι ἔλασσον ἢ ὀκτὼ ἡμερῶν, καὶ τοσαύτη οὖσα ἐν εἴκοσι σταδίων μά-

---

1. ὀκτὼ ἡμερῶν] Quinque diebus et totidem noctibus, Ephorus apud Strabonem, apud Marxium p. 152., qui adnotavit, I. Bakium ad Posidon. p. 131. pro ε′ apud Strabonem legere η′, ut Ephorus cum nostro scriptore consentiat. Cluverus Sic. ant. I, 3. ego vero, inquit, insulam pede meo totam, uno certo aequoque gressu, circumiens ambitum eius diligentissima cura observavi; terreno itinere erit passuum DC. — Adnotavit Acacius e Quintiliano I. Or. I, 10. fin., reprehensos a Geometris esse historicos, qui magnitudinem insularum satis significari navigationis ambitu crediderint. Rationem reprehensionis addit Quintilianus; ubi Pithoeus h. l. citans reprehensionem illam etiam ad Thucydidem pertinere videtur existimasse. Sed Thucydides, ut Dukerus observavit, tantum de ambitu Siciliae loquitur, neque ex eo quidquam de magnitudine illius colligit. Adde Popp. proleg. t. II. p. 497.

εἴκοσι σταδίων] Huc respexit Aristides t. I. p. 417. *Canter.* Ἐν εἴκοσι σταδίοις B. I. N. h. schol. Marg. Stephan. Tusanus. Schol. tamen etiam nostram scripturam memorat. ἐν εἰκοσισταδίῳ E. F. H. f. In hoc spatio dimetiendo falsum esse Thucydidem arguit Cluver. Sic. ant. I, 5. Duodecim vel tredecim stadia numerant plerique. Conf. Wessel. ad Diodor. IV, 22. Hodierni geographi de dimidio milliario germanico sive geographico loquuntur, quo Thucydidis confirmari computationem Popp. l. l. p. 498. animadvertit. Qui ἐλάσσων pro ἔλασσον emendari vult, Benedict. non meminit usus Graecorum, quo, ut Latini *minus*, *plus* dicunt et similia, pro quovis casu his neutris ἔλασσον, πλέον etc. utuntur in numeris definiendis. Conf. Thucyd. cap. 25. τριήρεσι μὲν οὐκ ἔλασσον ἢ ἑκατὸν πλευστέα εἶναι. cap. 67. τοὺς δὲ

λιστα μέτρῳ τῆς θαλάσσης διείργεται τὸ μὴ ἤπειρος οὖσα· ᾠκίσθη δὲ ὧδε τὸ ἀρχαῖον, καὶ τοσάδε ἔθνη ἔσχε τὰ ξύμπαντα. 2 παλαιότατοι μὲν λέγονται ἐν μέρει τινὶ τῆς χώρας Κύκλωπες καὶ Λαιστρυγόνες οἰκῆσαι, ὧν ἐγὼ οὔτε γένος ἔχω εἰπεῖν οὔτε ὁπόθεν ἐσῆλθον ἢ ὅποι ἀπεχώρησαν· ἀρκείτω δὲ ὡς ποιηταῖς τε εἴρηται καὶ ὡς ἕκαστός πη γιγνώσκει περὶ αὐτῶν. Σικανοὶ δὲ μετ᾽ αὐτοὺς πρῶτοι φαίνονται ἐνοικισάμενοι, ὡς μὲν αὐτοί φασι, καὶ πρότεροι διὰ τὸ αὐτόχθονες εἶναι, ὡς δὲ ἡ ἀλήθεια εὑρίσκεται, Ἴβηρες ὄντες καὶ ἀπὸ τοῦ Σικανοῦ ποταμοῦ τοῦ ἐν Ἰβηρίᾳ ὑπὸ Λιγύων ἀναστάντες. καὶ ἀπ᾽ αὐτῶν

ἱππέας ἐπετάξαντο ἐπὶ τῷ δεξιῷ, οὐκ ἔλασσον ὄντας, ἢ διακοσίους καὶ χιλίους, i. e. *non minus centum navibus, non minus mille ducenti.* Nam etiam *quam*, a Graecis ἤ in his omitti, notissimum est. v. Matth. Gr. p. 632. not. 2. Lobeck. ad Phryn. p. 411.

τὸ μὴ ἤπειρος οὖσα] Demetr. de elocut. §. 72. citavit μὴ ἤπειρος εἶναι, atque hunc infinitivum habet etiam h. Cum Bauero Popp. proleg. t. I. p: 151. haec verba ita explicant, ut dicant commixtionem duarum locutionum esse, nam et τὸ μὴ ἤπειρος εἶναι potuisse dici, et μὴ ἤπειρος οὖσα. De infinitivo illo cum articulo coniuncto v. Matth. Gr. p. 781. not. 3. Quod si verum est, structura similis erit illis locis, de quibus dixi ad 1, 2. ad verba ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον οὖσαν etc. Argumentatio auctoris haec est: Sicilia non solum ampla est insula, sed non multum abest, quin ipsa sit pars continentis, quippe exiguo tantum intervallo viginti stadiorum a continente discreta. Monuit Haack. De freto Siculo v. Dorvill. Siculis p. 7. Messana Rhegium paulo latius fretum patere scribit, idque se traiecisse navi remigibus acta spatio duarum horarum. Notum addit, infame hoc fretum vorticibus esse, unde et proverbio celebrari πορθμὸς Σικελίας pro *rerum conditione periculosissima.* Vid. Chr. Wolf. ad Liban. epist. 222. Adde de freto Cluver. Sic. ant. p. 70. Brydone I. p. 85. Muentor. p. 492. et Hoare II. p. 209., quos Poppo laudavit.

2. ὧδε τὸ ἀρχαῖον] ᾔδε B. I. P. ἥδε A. E. F. H. K. L. N. O. S. e. h. k. ἤδη c. d. f. g. Bened. ἥδε commendat, quod languet; Haack. ἤδη praetulit, vulgata uterque relicta sine causa idonea et mero studio novandi. Ὧδε optime congruit cum sequente τοσάδε.

Κύκλωπες καὶ Λαιστρυγόνες] Dixi de sedibus horum populorum in libro de sit. et orig. Syracus. p. 4., ibidemque iudicia veterum de hac digressione protuli p. 139., quibus adde Valcken. ad Herodot. V, 71. Livius IX, 17., quod Thucydides facto praestitit, item de sese profitetur his verbis: *Nihil minus quaesitum a principio huius operis videri potest, quam ut plus iusto ab rerum ordine declinarem, varietatibusque distinguendo opere et legentibus velut deverticula amoena et requiem animo meo quaererem.* Adde Popp. proleg. t. II. p. 499.

οὔτε γένος ἔχω εἰπεῖν] Thom. M. p. 165.

Ἴβηρες ὄντες καὶ ἀπὸ τοῦ Σικανοῦ] Ita Philistus fr. 3. p. 149., ubi vide; itemque Ephorus ap. Marxium p. 142. Dionys. I, 22.

Σικανία τότε ἡ νῆσος ἐκαλεῖτο, πρότερον Τρινακρία καλουμένη· οἰκοῦσι δὲ ἔτι καὶ νῦν τὰ πρὸς ἑσπέραν τὴν Σικελίαν. Ἰλίου δὲ ἁλισκομένου τῶν Τρώων τινὲς διαφυγόντες Ἀχαιοὺς πλοίοις ἀφικνοῦνται πρὸς τὴν Σικελίαν, καὶ ὅμοροι τοῖς Σικανοῖς οἰκήσαντες ξύμπαντες μὲν Ἔλυμοι ἐκλήθησαν, πόλεις δ' αὐτῶν Ἔρυξ τε καὶ Ἔγεστα. προςξυνῴκησαν δὲ αὐτοῖς καὶ Φωκέων τινὲς τῶν ἀπὸ Τροίας τότε χειμῶνι ἐς Λιβύην πρῶτον, ἔπειτα ἐς Σικελίαν ἀπ' αὐτῆς κατενεχθέντες. Σικελοὶ δ' ἐξ Ἰταλίας, ἐνταῦθα γὰρ ᾤκουν, διέβησαν ἐς Σικελίαν, φεύγοντες Ὄπικας, ὡς μὲν εἰκὸς καὶ λέγεται, ἐπὶ σχεδιῶν, τηρήσαντες τὸν πορθμὸν κατιόντος τοῦ ἀνέμου, τάχα ἂν δὲ καὶ ἄλλως πως ἐςπλεύσαντες. εἰσὶ δὲ καὶ νῦν ἔτι ἐν τῇ Ἰταλίᾳ Σικελοί· καὶ ἡ χώρα ἀπὸ Ἰταλοῦ, βασιλέως τινὸς Σικελῶν,

---

Varias et antiquorum et recentiorum de hac re sententias exposui de sit. Syr. l. l, Wachsmuth. hist. Rom. p. 75. Sicanos, quibus Servius ad Virg. Aen. VIII, 328. regem dat Siculum, a Siculis non diversos esse putat. Sicanum ignotum sibi flumen dicit Niebuhr. hist. Rom. t. I. p. 106. Sed v. Cluver. Sic. ant. c. 31. B. Ukert. de Hecataeo et Damaste p. 55. et in Geogr. Gr. et Rom. II, 1. p. 246., qui ibid. p. 483. fluvium hodie dictum *Xucar* esse existimat. Conf. Popp. t. II. p. 558. Cluverio, Silium Italicum XIV, 35. secuto, fluvius *Segre*, qui a Pyrenaeo monte in Iberum amnem defluit, videtur esse. Adde porro de Sicanis Siculisque Spohn. d. extr. parte Odyss. p. 81. Ukert. Geogr. Gr. et Rom. II, 1. p. 246.

Τρινακρία] V. dicta ad Timaei fragm. 107. p. 290. et ad fragm. 109. p. 291.

πρὸς ἑσπέραν τὴν Σικελίαν] A. B. E. F. H. K. L. N. O. P. S. c. d. e. f. g. h. ceteri *τῆς Σικελίας*. Quippe *τὰ πρὸς ἑσπέραν* Graecis est: *an der westlichen Seite*. Mox de Segesta v. Popp. proleg. t. II. p. 537. et Strab. p. 418. A.

Ὄπικας] Opicos et Ausones unum eundemque populum esse, ex Antiocho historico docet Strab. V. p. 371. A. Conf. Niebuhr. hist. Rom. t. I. p. 51. et praesertim p. 25. 33. 48. V. d. sit. et orig. Syr. p. XIII. not. coll. Wachsmuth. hist. Rom. p. 24. sq. Vulgo legitur *Ὀπικούς*. Emendavit Bekker. ex B. N. h. In S. ex correctione vulgata est. *Ὄπηκας* A. *Ὀπίκους* K. De Opicis sententiam Thucydidis refert Dionys. A. R. I, 22. p. 59., ubi est *Ὀπικούς*.

κατιόντος τοῦ ἀνέμου] „*Ἄνεμος κατιών* est *ventus spirans et crebrescens*, ut loquitur Virgil. Aen. III, 530. et quidem a tergo euntes prosequens. Thucyd. II, 25. 84. *ὡς δὲ τὸ πνεῦμα κατῄει*, i. e. *ἐκ τοῦ κόλπου ἐξέπνευσε*, ut paulo ante dixerat Lucianus V. H. II. p. 686. *ἕωθεν δὲ ἀνηγόμεθα σφοδρότερον κατιόντος τοῦ πνεύματος*. Et Pollux I, 105. inter ea, quae de secunda navigatione dicuntur, habet *κατιόντος τοῦ ἀνέμου*. Sic *κατιόντα τὸν ῥοῦν aestum secundum* dicit Dionysius Hal. ap. Hudsonum: de quo v. Casaubon. ad Dionys. p. 4.“ Duker.

βασιλέως τινὸς Σικελῶν] A. B. E. F. H. L. N. O. S. c. d. g. *Σικελοῦ* I. P. Q. et ante correctionem S. porro d. e. i. k. *Ἀρχι-*

τοὔνομα τοῦτο ἔχοντος, οὕτως Ἰταλία ἐπωνομάσθη. ἐλθόντες δὲ ἐς τὴν Σικελίαν στρατὸς πολύς, τούς τε Σικανοὺς κρατοῦντες μάχῃ ἀπέστειλαν πρὸς τὰ μεσημβρινὰ καὶ ἑσπέρια αὐτῆς, καὶ ἀντὶ Σικανίας Σικελίαν τὴν νῆσον ἐποίησαν καλεῖσθαι, καὶ τὰ κράτιστα τῆς γῆς ᾤκησαν ἔχοντες, ἐπεὶ διέβησαν, ἔτη ἐγγὺς τριακόσια πρὶν Ἕλληνας ἐς Σικελίαν ἐλθεῖν· ἔτι δὲ καὶ νῦν τὰ μέσα καὶ τὰ πρὸς βοῤῥᾶν τῆς νήσου ἔχουσιν. ᾤκουν δὲ καὶ Φοίνικες περὶ πᾶσαν μὲν τὴν Σικελίαν ἄκρας τε ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ ἀπολαβόντες καὶ τὰ ἐπικείμενα νησίδια ἐμπορίας ἕνεκεν τῆς πρὸς τοὺς Σικελούς· ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἕλληνες πολλοὶ κατὰ θάλασσαν ἐπεισέπλεον, ἐκλιπόντες τὰ πλείω Μοτύην καὶ

δων Σικελοῦ f. vulgo Ἀρκάδων, Italum Siculorum regem e Sicilia in Italiam venisse, scribit Servius in Virgil. Aen. I, 2. et 537. Idem Aen. VIII, 328. aliter hoc narrans locum hunc Thucydidis citat, ut observavit Dukerus. Antiochus apud Dionys. A. R. p. 10, 33. Sylb. „τὴν γῆν ταύτην, ἥτις νῦν Ἰταλία καλεῖται, τὸ παλαιὸν εἶχον Οἴνωτροι.“ ἔπειτα διεξελθών, addit Dionys. ὃν τρόπον ἐπολιτεύοντο καὶ ὡς βασιλεὺς ἐν αὐτοῖς Ἰταλὸς ἀνὰ χρόνον ἐγένετο, ἀφ' οὗ μετωνομάσθησαν Ἰταλοί, τούτου δὲ τὴν ἀρχὴν Μόργης διεδέξατο, ἀφ' οὗ Μόργητες ἐκλήθησαν· καὶ ὡς Σικελὸς ἐπιξενωθεὶς Μόργητι ἰδίαν πράττων ἀρχὴν διέστησε τὸ ἔθνος, ἐπιφέρει ταυτί· „ οὕτω δὲ Σικελοὶ καὶ Μόργητες ἐγένοντο καὶ Ἰταλίητες, ἐόντες Οἴνωτροι.“ Iam cum Oenotri ex Arcadia in Italiam Oenotro duce profecti dicantur Dionysio p. 235, 10., aut ab aliquo pro glossa vox Ἀρκάδων voci Σικελῶν addita est, aut ipse Thucydides hoc sentiens, Oenotros Arcades fuisse, eosdemque etiam Siculos esse, Ἀρκάδων scripsit. Idem Antiochus ap. Dionys. p. 27, 41. Sylb. Ἰταλία δὲ ἀνὰ χρόνον ὠνομάσθη ἐπ' ἀνδρὸς δυνατοῦ, ὄνομα Ἰταλοῦ, additque virum Oenotrum fuisse. V. Niebuhr. hist. R. t. I. p. 40. collato fragm. Timaei 38. p. 245. et Philisti fragm. II. p. 145. De origine nominis Italiae v. porro Heyn. exc. 21. ad Virgil. Aen. I. t. II. p. 186. Aristot. Politic. VII, 10. Paul. Diacon. hist. Langobard. II, 23. Nomen Italiae Thucydidis tempore tantum inferiorem huius terrae partem a fluvio Lao atque urbe Metaponto usque ad fretum Siculum complectebatur. Quae ultra hos fines iacent, ad Iapygiam, Opiciam aliasque terras pertinebant. Quod ex VII, 33. ἐπεραιώθησαν — ἐπ' ἄκραν Ἰαπυγίαν καὶ ὁρμηθέντες αὐτόθεν κατίσχουσιν ἐς τὰς Χοιράδας νήσους Ἰαπυγίας καὶ — ἐκεῖθεν ἀφικνοῦνται ἐς Μεταπόντιον τῆς Ἰταλίας docuit atque Antiochi auctoritate confirmavit Niebuhr. hist. Rom. t. I. p. 27. 48. v. Popp. prol. t. II. p. 544. de sit. et orig. Syrac. p. XII. In verbis οὕτως Ἰταλία ἐπωνομάσθη, quod Ἰταλία ex interpretamento esse iudicat Haack., vide dicta ad I, 144.

ἀπέστειλαν] Bekkero videtur ἀνέστειλαν legendum esse. De voce μεσημβρινός v. Lobeck. ad Phrynich. p. 54.

ἄκρας ἀπολαβόντες] v. Heeren. *Ideen.* Vol. I. P. II. p. 45. sqq.

ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἕλληνες] ἤτοι οἱ Φοίνικες. Huic scholio falsum caput praefixum est. Caput debebat esse: ἐκλιπόντες τὰ πλείω. Bekkerus scholion omisit.

Μοτύην] v. de sit. Syrac. p. X. Utrum isti in Sicilia Φοίνι-

Σολόεντα καὶ Πάνορμον ἐγγὺς τῶν Ἐλύμων ξυνοικίσαντες ἐνέμοντο, ξυμμαχίᾳ τε πίσυνοι τῇ τῶν Ἐλύμων, καὶ ὅτι ἐντεῦθεν ἐλάχιστον πλοῦν Καρχηδὼν Σικελίας ἀπέχει. βάρβαροι μὲν οὖν τοσοίδε Σικελίαν καὶ οὕτως ᾤκησαν.

3 *Ἑλλήνων δὲ πρῶτοι Χαλκιδῆς ἐξ Εὐβοίας πλεύσαντες μετὰ Θουκλέους οἰκιστοῦ Νάξον ᾤκισαν, καὶ Ἀπόλλωνος Ἀρχηγέτου βωμὸν ὅςτις νῦν ἔξω τῆς πόλεώς ἐστιν ἱδρύσαντο, ἐφ᾽ ᾧ, ὅταν ἐκ Σικελίας θεωροὶ πλέωσι, πρῶτον θύουσι. Συρακούσας δὲ τοῦ ἐχομένου ἔτους Ἀρχίας τῶν Ἡρακλειδῶν ἐκ Κορίνθου ᾤκισε, Σικελοὺς ἐξελάσας πρῶτον ἐκ τῆς Νήσου, ἐν*

κες intelligendi sint ex Africa Poeni, an Phoenices ex Asia, disputat Cluverius Sic. ant. p. 40. et Hudson. ad h. l. adde Heeren. l. l. Schol. Poenos fuisse ait, quod minus probabile pro antiquitate harum coloniarum.

ξυνοικίσαντες] *συνοικήσαντες* vel *ξυν.* A. B. F. I. H. K. L. N. O. S. c. d. f. g. Dukerus: Non videtur mutandum, etsi plerique libri habent *ξυνοικήσαντες*. Ammonius: *συνοικίζεται πόλις, ἡ ἐκ πολλῶν πόλεων εἰς μίαν πόλιν συναγομένη, ὑπὲρ τοῦ πλείονα δύναμιν σχεῖν.* Itaque qui pleraque loca reliquerant, recte dicuntur has urbes *συνοικίσαι*. Sic etiam supra Thucyd. II, 15. et III, 2. Bene quoque paulo post *ᾤκισαν* de coloniae conditoribus Clar. et Cass., quod merito probabat Wasse. Sic statim *Συρακούσας Ἀρχίας ᾤκισεν*, et saepius in sequentibus. Vid. Iungerm. et Hemsterh. ad Pollucem IX, 7. —

3. *Ἑλλήνων δὲ πρῶτοι*] *πρῶτον* F. H. K. L. N. O. P. S. b. c. d. e. f. h. i. k. Ac sane hoc loco latine dicas *primi*. Sed Latini in hac structura a Graecis abeunt, ut docuit Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 338., item in *μόνον* et *μόνοι*, de quo dubitatio est huius libr. cap. 55. init., ubi *μόνον* pro vulgata *μόνῳ* habent A. B. E. F. H. L. O. Q. S. c. d. e. f. g. h. k. Ita apud Dionys. de C. V. p. 73. *Ien.* in Aldina legitur *ὅςπερ πρῶτον*, at in libro Victoriano l. *πρῶτος* erat. Vid. omnino etiam Dorvill. ad Chariton. p. 389.

Νάξον] V. de situ et orig. Syrac. p. 3. 4. Mox *ᾤκισαν* Bekker. edidit ex H. N. d. pro vulgata *ᾤκησαν*, quod etiam sine libris corrigendum erat. Idem *πλέωσι* ex multis libris pro *πλεύσωσι* ratione item probabilissima.

Ἀρχίας] V. de sit. Syracus. p. 6. Aliam ac vulgo de Syracusarum origine opinionem, historicorum testimoniis recta adversantem, profert Schol. Pindar. Pyth. II, 1. *μεγαλοπόλιας εἶπε τὰς Συρακούσας, ἐπειδὴ Ἀρχίας τέσσαρας πόλεις καταστρεψάμενος εἰς μίαν συνήγαγεν.* Facile intelligitur, a Scholiasta res Atticas cum Syracusanis confundi. Idem, quod Scholiastes ille, de origine huius urbis sentit Huellmann. initiis hist. gr. p. 189. 190., cum Thucydides diserte dicat, primum insulam ab Archia habitatam, et in decursu temporum externam urbem adiectam esse. V. de sit. Syracus. p. 49. XVI.

Σικελοὺς ἐξελάσας] Schol. *τοπρῶτον οἱ Συρακούσιοι τὸ νησίδιον ᾤκισαν μόνον, αὖθις δὲ μὴ χωροῦντος αὐτοῦ συνάψαντες αὐτὸ τῇ Σικελίᾳ διὰ χώματος κατῴκησαν καὶ ἐν τῇ Σικελίᾳ, ἐκαλεῖτο δὲ ἡ ἐν τῇ Σικελίᾳ ἔξω πόλις.* Ita legendum cum H. Stephano p. 650. *Duk.*

νῦν οὐκέτι περικλυζομένη ἡ πόλις ἡ ἐντός ἐστιν· ὕστερον
ὲ χρόνῳ καὶ ἡ ἔξω προστειχισθεῖσα πολυάνθρωπος ἐγένετο.
Θουκλῆς δὲ καὶ οἱ Χαλκιδῆς ἐκ Νάξου ὁρμηθέντες ἔτει πέμ-

---

ocum nostrum ita explicat Letronn. l. l. p. 94. „Non scripsit
'hucydides τοὺς Σικελούς sed Σικελούς omisso articulo, utpote
ictum volens: *expulit de Siculis illos, qui* etc. Quod autem uti-
ur vocabulo προστειχισθεῖσα, eandem rem exprimunt Strab. I. p.
02. A. et Schol. Pindar. Nem. I, 1. vocabulis προσχώσεις et προς-
ωσθεῖσα. Ita passim legitur apud Thucydidem τεῖχος pro χῶμα.
luare Thucydidis locus ita per periphrasin possit exprimi: ὕστε-
ον δὲ χρόνῳ καὶ ἡ ἔξω πόλις συναφθεῖσα πρὸς τὴν ἐντὸς πόλιν διὰ
ώματος λίθου πολυάνθρωπος ἐγένετο. v. Mazocch. ad tabb. Heracl.
. 161, 25. 254, 24.“ Schol. Pind. Ol. VI, 156. Ὀρτυγία νῆσος
αῖς Συρακοίσαις παρακειμένη τὸ πρότερον· νῦν δὲ συνήφθη τῇ πόλει
αῖς Συρακούσαις. Schol. Pindar. Nem. I, 1. ἡ δὲ Ὀρτυγία πρότε-
ον μὲν οὖσα νῆσος, εἶτα προσχωσθεῖσα χεῤῥόννησος γέγονεν, ὡς Ἴβυκος
στορεῖ· παρὰ χέρσον λίθινον Τὸν παλάμαις βροτῶν· Πρόσθεν νιν μετὰ
Νηρήδων Ἰχθύες ὠμοφάγοι νέμοντο. Ita enim legit Casaub. ad Strab.
. 102. A. Idem ad Diogen. Laert. Epimenid. I, 113. dixit de
πέδα in hoc loco Ibyci. Vid. mea in sit. et orig. Syracus. p. 44.
Quibus adde, πέδα etiam apud Pindarum esse, etiam ibi, ubi
ignificat *post*, non *cum*, quanquam aliis locis μετά est. Porro
πέδα est in Boeotica inscriptione apud Boeckh. *Staatsh. d. Ath.*
. II. p. 393. Vid. Idem ad Schol. Pindari p. 427. qui corrigit
λίθινον ἔκλεκτον παλάμαις — πέδα νηριτᾶν ἰχθύες etc. Ceterum
de insula Ortygia conferendus Strabo l. l. ὑπεναντίως δὲ ὁ Λευκάς,
Κορινθίων τὸν ἰσθμὸν διακοψάντων, νῆσος γέγονεν, ἀκτὴ πρότερον
οὖσα. — Ἐνταῦθα μὲν δὴ διακοπαὶ χειρότμητοι γεγόνασιν· ἀλλαχόθι
δὲ προσχώσεις ἢ γεφυρώσεις, καθάπερ ἐπὶ τῆς πρὸς Συρακούσαις νήσου
νῦν μὲν γέφυρά ἐστιν ἡ συνάπτουσα αὐτὴν πρὸς τὴν ἤπειρον· πρότερον
δὲ χῶμα, ὥς φησιν Ἴβυκος, λογαίου λίθου, ὃν καλεῖ ἔκλεκτον. Ubi de
λίθῳ ἐκλέκτῳ v. Casaubon. collato Thucyd. VI, 66., ibique Duker.
Schaefer. ad Dionys. de C. V. p. 294. Demetr. de elocut. §. 13.
De re conf. Letronn. l. l. p. 8. Strab. VI. p. 415. A. ἡ δ' Ὀρτυγία
συνάπτει γεφύρᾳ πρὸς τὴν ἤπειρον πρόσγειος οὖσα. Ubi v. Casaubon.
Wasse ad Thucyd. VII, 23. Cicer. in Verr. IV. or. II, 52. De
statu hodierno v. de sit. Syrac. p. 44. not. 6. Itaque Ortygiam
a argum. dixi modo insulam, modo peninsulam dici. Vid. Dorv.
Siculis p. 271. Cluver. Sic. ant. p. 155. Schol. Pindar. Pyth. II, 9.
Ὀρτυγίαν τὴν ἐπὶ τῆς Σικελίας χεῤῥόνησόν φησι. αὕτη γὰρ νῆσος οὖσα
τὸ πρότερον συνήφθη ταῖς Συρακούσαις. Ceterum Thucydidi ἡ ἔξω
πόλις est, quam serius dixerunt Acradinam, certe apud illum
hoc nomen frustra quaeritur. De Catana v. Strab. VI. p. 411.
B. ibiq. Casaub. not. 6.

Νήσου] Scripsi maiuscula litera. Livius XXV, 24. *Insulam,
quam ipsi Nason vocant* et *Nasos Ortygia Syracusana.* 29. 30. 31.
Νῆσος apud Diodor. XIII, 9. XVI, 10. alibi. Plut. Vit. Timole. 9.
εἰς τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὴν καλουμένην Νῆσον. Vid. Duker. et Hud-
son. in var. lect. Monuerunt etiam Casaubon. ad Strab. I. p. 102.
A. Schweigh. ad Athenae. XI, 6. t. IV. p. 194. Letronn. *topogr.
d. Syr.* p. 93. Dorvill. Sicul. p. 271. Cluverius S. A. p. 155.
Add. d. sit. Syrac. p. 44. sq.

πτῳ μετὰ Συρακούσας οἰκισθείσας Λεοντίνους τε πολέμῳ τοὺς Σικελοὺς ἐξελάσαντες οἰκίζουσι, καὶ μετ' αὐτοὺς Κατάνην· 4 οἰκιστὴν δὲ αὐτοὶ Καταναῖοι ἐποιήσαντο Εὔαρχον. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ Λάμις ἐκ Μεγάρων ἀποικίαν ἄγων ἐς Σικελίαν ἀφίκετο, καὶ ὑπὲρ Παντακύου τε ποταμοῦ Τρώτιλόν τι ὄνομα χωρίον οἰκίσας, καὶ ὕστερον αὐτόθεν τοῖς Χαλκιδεῦσιν ἐς Λεοντίνους ὀλίγον χρόνον ξυμπολιτεύσας, καὶ ὑπὸ αὐτῶν ἐκπεσὼν καὶ Θάψον οἰκίσας, αὐτὸς μὲν ἀποθνήσκει· οἱ δὲ ἄλλοι ἐκ τῆς Θάψου ἀναστάντες, Ὕβλωνος βασιλέως Σικελοῦ προδόντος τὴν χώραν καὶ καθηγησαμένου Μεγαρέας ᾤκισαν τοὺς Ὑβλαίους κληθέντας. καὶ ἔτη οἰκήσαντες πέντε καὶ τεσσαράκοντα καὶ διακόσια ὑπὸ Γέλωνος τυράννου Συρακοσίων ἀνέστησαν ἐκ τῆς πόλεως καὶ χώρας. πρὶν δὲ ἀναστῆναι ἔτεσιν ὕστερον ἑκατὸν ἢ αὐτοὺς οἰκῆσαι Πάμμιλον πέμψαντες Σελινοῦντα κτίζουσι· καὶ ἐκ Μεγάρων τῆς μητροπόλεως

---

4. *Παντακύου*] De scriptura dixit Popp. proleg. t. II. p. 526. Mox *Πρώτιλον* legitur in A. B. L. O. d. h. i., in nullo libro, quod sciam, *Τρώγιλον*. Trotilum et Trogilum confundunt Duker. et Letronn. *topogr. d. Syr.* p. 62. Etenim Trogilus nomen dedit portui; Trotilum hic nostrum ad flumen Pantacyam vel Pantaciam situm. V. de sit. Syr. p. 70. Popponem loco proxime laudato.

οἱ δὲ ἄλλοι — κληθέντας] Megarenses quum Tapsum incolerent, novam sedem suam Megaram Hyblaeam ab Hyblone, Siculo rege traditam (*προδόντος*), eodemque duce ceperunt, et centum annis post coloniam emiserunt Selinuntem. Ipsi autem postquam ducentos quinque annos urbem suam habitaverant, a Gelone expulsi sunt. Conf. Ephor. ap. Strab. et Marx. p. 154., unde patet, hanc urbem prius Hyblam appellatam esse. In adnotatione ad h. l. Haack. *τὴν χώραν* non putaverat esse Megaram, sed regionem eam, in qua Thapsus sita. Eam opinatus erat relictam seu proditam ab Hyblone, haud dubie ideo, quia defendere non poterat; et cum inde se reciperet, ab eo ductos esse Megarenses, et locum iis habitandum concessum esse. In Addendis retractavit hunc locum, et explicavit, quemadmodum supra exposui. Eademque Bredovii sententia: *die übrigen aber, aus Thapsus vertrieben, indem Hyblon, ein Sikelischer König, ihnen den Platz übergab, und selbst sie dahin führte, gründeten das sogenannte Hybläische Megara.* Dignus, qui de harum coloniarum ratione consulatur Heyn. opusc. academ. t. II. p. 252. XIV. XV. Hyblae tres memorantur in Sicilia: *Megara* Hyblaea, antea Hybla dicta; Hybla *Galeatis* vel *Geleatis*, eademque *maior* dicta; Hybla *Heraea*, eademque *minor* appellata. Earum urbium prima inter Syracusas et Leontinos, altera circa Aetnam, tertia apud Pachynum sita erat. V. ad fragm. Philist. 22. 49, p. 159. 170. Popp. proleg. t. II. p. 524. Gelo quando Hyblaeos agro expulerit, apparet ex Herodoto VII, 156.

πέμψαντες Σελινοῦντα κτίζουσι] „An hoc est: *Pammilo in eum locum misso, ubi deinde Selinus fuit, urbem illam condiderunt!* [etenim vulgo legebatur *ἐς Σελινοῦντα.*] ut post *κτίζουσι* suppleatur *αὐτήν*, cuius pronominis ellipsis frequentissima est apud Thucy-

οὔσης αὐτοῖς ἐπελθὼν ξυγκατῴκισε. Γέλαν δὲ Ἀντίφημος ἐκ Ῥόδου καὶ Ἔντιμος ἐκ Κρήτης ἐποίκους ἀγαγόντες κοινῇ ἔκτισαν ἔτει πέμπτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ μετὰ Συρακουσῶν οἴκισιν. καὶ τῇ μὲν πόλει ἀπὸ τοῦ Γέλα ποταμοῦ τοὔνομα ἐγένετο, τὸ δὲ χωρίον οὗ νῦν ἡ πόλις ἐστὶ καὶ ὃ πρῶτον ἐτειχίσθη, Λίνδιοι καλεῖται. νόμιμα δὲ Δωρικὰ ἐτέθη αὐτοῖς. ἔτεσι δὲ ἐγγύτατα ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν μετὰ τὴν σφετέραν οἴκισιν Γελῷοι Ἀκράγαντα ᾤκισαν, τὴν μὲν πόλιν ἀπὸ τοῦ Ἀκράγαντος ποταμοῦ ὀνομάσαντες, οἰκιστὰς δὲ ποιήσαντες Ἀριστόνουν καὶ Πυστίλον, νόμιμα δὲ τὰ Γελῴων δόντες. Ζάγκλη δὲ τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ Κύμης τῆς ἐν Ὀπικίᾳ Χαλκιδικῆς πόλεως λῃστῶν ἀφικομένων ᾠκίσθη, ὕστερον δὲ καὶ ἀπὸ Χαλκίδος καὶ τῆς ἄλλης Εὐβοίας πλῆθος ἐλθὸν ξυγκατενείμαντο τὴν γῆν· καὶ οἰκισταὶ Περιήρης καὶ Κραταιμένης ἐγένοντο αὐτῆς, ὁ μὲν ἀπὸ Κύμης, ὁ δὲ ἀπὸ Χαλκίδος. ὄνομα δὲ τὸ μὲν πρῶτον Ζάγκλη ἦν ὑπὸ τῶν Σικελῶν κληθεῖσα, ὅτι δρεπανοειδὲς τὴν ἰδέαν τὸ χωρίον ἐστί, τὸ δὲ δρέπανον οἱ Σικελοὶ ζάγκλον

---

dem? Sed mihi suspicio est, praepositionem ἐς huc irrepsisse e fine vocis praecedentis πέμψαντες, et ea demta legendum esse Πάμμιλον πέμψαντες Σελινοῦντα κτίζουσι. Paulo ante probo οἰκῆσαι cum plerisque MSS. [A. B. E. F. H. L. N. O. Q. c. f. g. ἐννοικῆσαι K. vulgo οἰκίσαι] et Valla, nec audio Clar. mox scribentem ξυγκατῴκησε." Dukerus.

Γέλαν] Varia de huius urbis origine tradiderunt veteres. Vid. de sit. et orig. Syracus. p. 265. Instituta Dorica huic urbi fuisse dicit. Patrium nimirum fuit Doribus inde a prima gentis stirpe et ab Hyllo Heraclidarumque in Peloponnesum reditu, ut libertatem populus, magistratuum honore principibus viris relicto, coleret aristocratiamque adeo amplecteretur. Heyn. opusc. academ. t. II. p. 217. et ad Pindar. Pyth. I, 118. Add. Odofr. Mueller. d. Dorer. t. I. p. 111. t. II. p. 163. ante omnia autem Boeckh. explicat. Pindar. p. 234.

μετὰ Συρακουσῶν οἴκισιν] Vulg. μετὰ τὴν Συρ. Conf. c. 5. μετὰ Συρακουσῶν κτίσιν et v. Krueger. ad Dionys. p. 168.

Λίνδιοι καλεῖται] Καλεῖται B. priore diphthongo a correctore posita, ut non dubitem fuisse καλοῦνται. Bekker. — Recte. Sic supra IV, 102. Ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλοῦντο libris consentientibus editum, ubi vide. Ad sequentia spectat glossa Photii: Ὀπικίαν, τὴν τῶν Ὀπικῶν χώραν Θουκυδίδης. Conf. Steph. Byzantin. p. 616.

ζάγκλον] „Hinc corrigendus Hesychius, qui ζάϊκλον exhibet et Sextus Empiricus contr. Mathematicos cap. 3., qui legit ζάγηλον." Callimachum in libro II. Αἰτιῶν, ζάγκλον pro falce dixisse, e Tzetze ad Lycophronem observat Bentleius ad Callimachum fragm. 22. [t. I. p. 424. et fragm. 172. t. I. p. 506. Ern.] Ζάγκλην, quod est in Gr. [K. ζάκλην d. e. i.] etsi eadem significatione, qua ζάγκλον, dicunt Graeci, tamen propter consensum aliorum MSS. non admitti potest. Diodorum Siculum ab aliis dissentire adnotavit etiam Casaubonus ad Strab. [p. 410. Alm. Wessel. ad Diodor. IV, 85.] Non est audiendus Thom. M. [p. 251.] δρεπάνη dici iubens,

